




THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
1817




THE UNIVERSITY OF MICHIGAN

M







M


THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
1817








THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
1817

M







M


THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
1817








THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
1817

M





GEO. PHIL. FRED. GROSHANS

PRODROMUS

FAUNAE HOMERI ET HESIODI.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS.

1839.

Separatim typis exaratum ex diario, c. t.

Tijdschrift voor Nat. Gesch. en Physiol.

GEO. PHIL. FRED. GROSHANS

PRODROMUS FAUNAE

HOMERI et HESIODI.

Sequentes paginae continent Prodromum Faunae Homeri et Hesiodi. Faunam autem ipsam, in manibus habeo, nec tamen ita absolutam ut eam publici juris facere possim, quam vero si a Deo O. M. vires et vita concedentur, postea cum eruditis communicare volo. Pauca de opusculi consilio addidi.

Jam a prima juventute auctorum classicorum studio summopere delectabar et nihil fere mihi dulcius erat quam assiduo eorum scripta versare. Quum postea in Zoölogiae studium incumberem, non minus mihi jucundum, animus fuit argumentum quoddam tractare, quod utrumque studium conjungeret, ut nempe peculiari libro Zoölogiam Homeri et Hesiodi exponerem; idque duplici consilio facere constitui, sc. ut simul utriusque poëtae lectoribus prodessem, eorumque descriptiones ad naturam vivide expressas vindicarem, et simul cum Zoölogis meam de animalibus nominatis opinionem communicarem. Sit igitur specimen hocce lectoribus acceptum; quod si sibi eruditorum favorem conciliare valuerit, optime de

me actum esse putabo et ad ipsam Faunam elaborandam magis confirmabor. Utinam eruditi animadversiones suas mihi impertiri non dedignentur.

Αἰγυπιός, γύψ.

Suidas in voce αἰγυπιός scribit veteres αἰγυπιόν pro γυπί dixisse, et hujus opinionis omnes fere sunt recentiores. Utraque vox apud Homerum occurrit, quare jam Conradus Gesnerus eas distinxit (*a*). Herodotus promiscue utraque voce utitur (*b*), sed Nicander habet (*c*):

Αἰγυπιοὶ, γῦπές τε κόραξ τ' ὀμβρήρεα κρώζων.

Koeppenius (*d*) quoque αἰγυπιόν a γυπί discernit, credens, jure, uti nobis videtur, αἰγυπιόν esse γῦπα τῶν αἰγῶν (*e*) (sic αἰπόλος pro αἰγίπολος), quem Germani dicunt Lämmergeyer. (Vulturem barbatum L. Gypaëtum barbatum Cuv.) Cuvierius tamen cum aliis hanc avem a Graecis Φήνην nominatam statuit (*e*). Φήνην vero aliam denotare avem suo loco probabi-

---

(*a*) Conradi Gesneri *Historiae animalium*, lib. III. qui est de avium natura, pag. 189. Tiguri 1555. fol.

(*b*) Suidas in voce αἰγυπιός.

(*c*) Apud Gesnerum l. l.

(*d*) Koeppen *erklärende Anmerkungen zu Homers Ilias*, dritte Ausgabe, Hannover 1820. II. s. 277.

(*e*) Savigny *Oiseaux d'Egypte et de Syrie*, p. 18. in magna illa Aegypti descriptione, quem citat Cuvier, *Règne Animal* éd. de Paris 1829. T. I. p. 319.

mus Αἰγυπιοί: Homero dicuntur γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι (*a*): αἰγυπιῶν sedes est vel in rupe excelsa (*b*), vel in φηγῷ (*c*), nonnumquam duo αἰγυπιοί inter se pugnant (*d*). Eadem habet Hesiodus (*e*). Porro apud Homerum videmus Merionem impetum facere αἰγυπιὸς ὥς, Apud Sophoclem in Ajace (*f*) legimus.

Παταγοῦσιν ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι
Μέγαν αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες.

Contra γῦπες semper mortuos edere dicuntur (*g*); passim apud Homerum de mortuis legimus: γῦπες ἔδονται, quare etiam γῦπες tanti ab Aegyptiis aestimabantur, quum tanta esset eorum in iis regionibus utilitas. Haecce reputantibus optimum quoque nobis visum est αἰγυπιὸν a γυπὶ discernere, quum priorem magis viva animalia adgredi viderimus, posteriorem vero potissimum cadaveribus vesci; cum Koeppenso igitur αἰγυπιὸν credimus esse γῦπα τῶν αἰγῶν. Analogia linguarum Indo-Germanicarum nempe praecipue in animalium nominibus cernitur, quam latius exponere ab hoc loco alienum

(*a*) Il. XVI. v. 428. Od. XVI, 217.
(*b*)
(*c*) Il. VII. 59, 60.
(*d*) Il. XVI. 427., 428.
(*e*) In Scut. Herc.
(*f*) Sophocles in Ajace v. 168 sq.
(*g*) Il. IV. 237 et innumeris locis cf. Bocharti *Hierozoicon* ed. a. 1692. Tom. II. p. 308.

esse videtur (*a*). Omnia quae de αἰγυπιῷ retulimus de Vulture barbato valent, quare non dubitamus αἰγυπιὸν apud utrumque poëtam Vulturem barbatum L. designare. Γύψ est *Vultur fulvus* Gm. vel *cinereus* Gm., nam non tam accurate distinxisse credendus est Homerus.

Αἶξ, αἶξ ἄγριος, ἴξάλος.

Greges magnae caprarum saepe apud Homerum nominantur (*b*). Hesiodus illud tempus festis celebrandis optimum dicit, quum caprae pinguissimae sint (*c*). Αἶγες ἄγριαι saepe apud utrumque poetam occurrunt, de quibus nunc videndum. In excelsissimis rupibus vitam degunt (*d*) atque saepe leonibus praedae sunt (*e*). In ipsa Graecia hodie vivunt Rupicapra (*f*) et Ibex (*g*). In Asia minore cum hisce observatur Capra Aegagros (*h*). Hasce tres species nomine αἰγῶν ἀγρίων comprehendisse Homerus statuendus est, duas vero priores Hesiodus. Graeci recentiores eodem nomine Rupicapram et Ibicem nominant (*i*), et re

---

(*a*) Eam tamen alio loco eoque aptiori exponere volumus.

(*b*) Il. II. 474.

(*c*) Op. et Dies v. 585. ed. Goetl.

(*d*) Il. I. v. 107

(*e*) Il. III. v. 24.

(*f*) De Gems, le Chamois, Capra Rupicapra. L. hodie Antilope Rupicapra.

(*g*) De Steenbok, le Bouquetin, Capra Ibex L.

(*h*) Koeppen ad Homeri, Il. IV. v. 107.

(*i*) Voyage de Sonnini en Grèce et en Turquie, Paris 1801. II. p. 386.

vera magna est his tribus speciebus affinitas. Ἴξαλος una tantum vice in HOMERO legitur (*a*) et Grammatici veteres mira de hac voce comminiscuntur, scilicet, quia jam tum vox erat obsoleta. Ab ἴκω et ἅλλομαι vocem esse ductam probabile videtur (*b*). SCHNEIDERUS hanc vocem de ibice usurpatam credit (*c*), qua in re rectius quam KOEPPENIUS qui Aegagrum intelligit, nobis sensisse videtur, quum magis incurva sint Aegagri cornua quam ut ex iis arcum conficeret quis, uti fabrum Pandaro fecisse legimus (*d*). Tribuuntur ipsi κέρα ἑκκαιδεκάδωρα, quae longitudo de utroque cornu simul sumto intelligenda est (*e*), et hodieque Sinenses et Turcae ibicis cornubus eodem modo utuntur (*f*).

Ἀρκτός.

Haud crebra ejus mentio fit apud HOMERUM; apud HESIODUM ἀρκτός non invenitur. Recensetur inter animalia, quae Anchises in monte Ida cecidit (*g*), et in eodem Hymno cum leonibus, pantheris et lupis nominatur (*h*). Ursus hodieque in tota fere Europa occurrit et in multis

---

(*a*) Il. IV. v. 105.
(*b*) HEYNE ed. suae. IV. p. 572.
(*c*) SCHNEIDER, *Griechisch-Deutsches Wörterbuch* in v.
(*d*) Il. IV. v. 110.
(*e*) HEYNE l. l. p. 573.
(*f*) SCHNEIDER in voce.
(*g*) HYMN. *in Venerem*. v. 158.
(*h*) Ibid. v. 69 sqq.

quoque Asiae regionibus invenitur (*a*).

Βοῦς, ταῦρος.

Epitheta bubus tributa εὐρυμέτωποι, ἑλισσόποδες εἰλίποδες graphice bovem delineant (*b*). Praesertim primum, quum frons larga character sit *Bovis Tauri* L. Gravis enim et difficilis est boum incessus, uti J. H. Vossius observavit, et Auctor Hippocraticus (de Articulis c. 7) causam quare εἰλίπους sit, eam dicit, quum articulationem laxiorem habeat, unde magis quam alia animalia inter eundum pedes flectat (*c*). Sic Virgilius dicit:

Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris,
Errabunda bovis vestigia (*d*).

quod Servius recte explicat, quod flexis pedibus incedant (*e*).

Epitheta vero a cornubus desumta, ἕλικες, ὀρθόκραιρος, κέρατα ἑλικτὰ, εὔκραιρος jam Homeri aetate formam in hisce variasse demonstrant (*f*).

(*a*) Cuvier, I. p. 136. Treviranus, *Biologie passim*, vol. II.

(*b*) Passim apud utrumque poëtam haec occurrunt.

(*c*) Ph. Buttmann, *Lexilogus öder Beiträge zur Griechischen Wort-Erklärung, hauptsächlich für Hom. und Hesiod.*, Berlin 1825. II. pag. 155.

(*d*) Virgil. *Eclog.* VI. v. 57, 58.

(*e*) Cf. Foesius ad l. l. Hipp.

(*f*) De voce ἕλιξ aliter tamen sentit auctor libri de Articulis, omnes tamen Homeri interpretes uti et Hesychius explicant ἑλικοκεράτους et ἑλι-

Caeterum vel ex eo quod raro taurus nominatur observare possumus, jam heroum tempore Graecos boves castrasse, ut eo melius domari possent et eorum caro cibo aptior evaderet. Haec sententia eo firmatur, quod Hesiodus jam boum saginandorum praecepta dederit (*a*).

Γέρανος.

Apud utrumque poetam γέρανος nominatur: gregatim volitans super Oceanum, valide clamans ad Pygmaeos proficiscitur (*b*), et hyemis instantis nuntius est (*c*). De Pygmaeis multa sunt apud veteres (*d*). Nos in ipsa Fauna de iis disputabimus, quum in praesenti in tanta opinionum diversitate difficilius videatur sententiam dicere. Caeterum

---

κοειδῆ τὰ κέρατα ἔχοντας, ὅ 'εστὶν ἐπικαμπῆ, quae verior nobis videtur. Cf. Fossius ad l. l. Hipp.

(*a*) Hesiod. Op. et D. v. 452.

(*b*) Homeri, Il. II. v. 463. III. 3 seqq.

(*c*) Hesiod. l. l. v. 440.

(*d*) Aristoteles de Pygmaeis dicit, *Hist. Anim.* l. VIII. c. 14. §. 2 οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, et Strabo nescio quo loco refert multos fuisse post Alexandri Magni tempora, qui huic narratiunculae fidem tribuerent. Quare operae pretium fortasse erit, ex antiquorum testimoniis cum recentiorum inventis comparatis, eruere quid hujus rei sit. Interim si quis plura de iis cupit, adeat auctores, quos citat Tzschuckius ad *Pomp. Mel.* l. III. c. 8. §. 8. Suae ed. Vol. III. P. III. p. 361 seqq.

γέρανος est *Ardea Grus*, quae aestate in septentrionali et orientali Europae partibus habitat, versus hyemem vero in Africam migrat (*a*).

Ἔλαφος, νεβρός, κεμάς.

Ἔλαφοι apud Homerum saepe nominantur. Dicuntur ταχέες, ἀγρότεραι, κεραοι, φυζακιναί (*b*). In sylva pariunt et νεβρούς educant (*c*). In montibus quoque proveniunt (*d*) et leonibus, pantheris, et θωσί praedae sunt (*e*). Est *Cervus Elaphus L.* Quodsi cui de hacce interpretatione dubium superesset, ei locus Aristotelis (*f*), ubi ἔλαφος cornua ineunte vere amittere dicitur, fidem faceret. Νεβροί sunt eorum catuli in prima juventute, quod probant quum epitheta νεηγενέες, γαλαθηνός (*g*), tum quod αἰετός dicitur νεβρόν serris sustulisse (*h*). Κεμάς pertinet ad ἅπαξ εἰρημένα in Homero, et apud Hesiodum non legitur. Homerus dicit de canibus:

ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον ἐμμενὲς αἰεὶ,
χῶρον ἀν' ὑλήενθ', ὁ δέ τε προθέησι μεμηκώς (*h*).

(*a*) Cf. v. d. Hoeven, *Handb. der Dierk.* D. II. bl. 430.
(*b*) Homerus passim.
(*c*) *Odyss.* IV. v. 335.
(*d*) Il. XXII. v. 189 seqq.
(*e*) Il. XIII. v. 102 seqq.
(*f*) *Hist. Anim.* l. IX. c. 5.
(*g*) Il. VIII. v. 248.
(*h*) Il. X. v. 361, 362.

Atque haec omnia sunt quae apud HOMERUM invenimus. APOLLONIUS in Lexico Homerico habet: οἱ μὲν ἐλάφου γένος, οἱ δὲ δορκάδος (a). KOEPPENIUS vertit „das Reh" (b). Nobis vero πρόξ capreolum designat, uti suo loco probabimus. Animal quod apud AELIANUM *Hist. An.* XIV. c. 14, nomine κεμάδος describitur, est Antilope pygmaea (c). Etymologus dicit διαφορὰν δέ φασιν εἶναι κεμάδος καὶ νεβροῦ· κεμάδα γὰρ εἶναι τὴν ἐπικοιμωμένην τῷ σπηλαίῳ, νεβρὸν δὲ τὸν μείζονα καὶ ἐπὶ βορὰν νεμμένον (d); EUSTATHIUS vero ἐλάφων τὰ μὲν νέα νεβροί, αἱ δὲ ἀρτίως ἐκ νεβρῶν ἐπ' ἐλάφους μεταβάλλουσαι κεμάδες (e).

Quum supra exemplorum vi probaverimus νεβρούς cervi catulos juniores esse, recte EUSTATHIUM verba νεβρόν et κεμάδα exposuisse credimus. No-

---

(a) APOLLONIUM citat HEYNIUS suae ed. T. VI. p. 76. eadem SCHNEIDERUS in voce.

(b) B. III. s. 162.

(c) SCHNEIDER in v. κεμάς.

(d) Ad. Il. VII. p. 711. 38 ed. Basil. quem citat SCHNEIDERUS ad ARIST. *Hist. anim.* IX. 63. ed. suae IV. p. 36.

(e) Nescio qua editione usus sit SCHNEIDERUS, quum in voce κεμάς dicit EURIP. Iph. Taur. 173. κεμάς legi, ibique significare cervum: vulgo legitur:

τηλόσε γὰρ δὴ σᾶς ἀπενάσθην,
πατρίδος κἑμᾶς.

Sed HERMANNUS legit καὶ ἐμᾶς: κεμάς metro repugnaret et nullum sensum idoneum praestaret. Videtur ergo V. Cl. haec bona fide ex HEDERICO transtulisse ubi similis error in voce κεμάς est.

his igitur κεμὰς cervus junior est, cui parva adhuc cornua sunt, quem Germani Spiesser, Spiessch-hirsch et Galli Dagues dicunt.

Θ ώ ς.

Minime facile est statuere quodnam animal sit θῶες Homeri; apud Hesiodum non occurrunt. Classicus de iis locus est Il. XI. vs. 473 seqq.

ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτὸν
Τρῶες ἕπονθ' ὡς εἴ τε δαφοινοὶ θῶες ὄρεσφιν,
ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον, ὄντ' ἔβαλ' ἀνὴρ
ἰῷ ἀπὸ νευρῆς τὸν μέν τ' ἤλυξε πόδεσσιν,
φεύγων, ὄφρ' αἷμα λιαρὸν καὶ γούνατ' ὀρώρῃ
αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε δαμάσσεται ὠκὺς ὀϊστὸς,
ὠμοφάγοι μιν θῶες ἐν οὔρεσι δαρδάπτουσιν.
ἐν νέμεϊ σκιερῷ· ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαιμὼν
σίντην· θῶες μέν τε διέτρεσαν, αὐτὰρ ὁ δάπτει.

Qui de hoc animali scripserunt in quatuor partes distant: sunt nempe qui θῶας esse lynces affirment uti Aldrovandus, et J. C. Scaliger: alii credunt esse Gennettam, alii Chacalem, uti sunt Bochartus, Gesnerus, Buffonius: alii vero nos adhuc latere quodnam animal sit Homero (*a*).

(*a*) Gennettam esse credidit inter alios Dalecampius quem vide ad Plin *H. N.* l. VIII. c. 19. ed. Francof. 1608. p. 362. Alios hic citatos vide apud Millin de Grandmaison, *Dissertation sur le Thos.*, *in Journal de Physique*, 1787. n. 5. p. 438 seqq.

MILLIN DE GRANDMAISON de hocee animali Diario, cui titulus: Journal de Physique, dissertationem inseruit, eamque egregiam, et optime nobis rem explanasse videtur. Primum videamus quid apud veteres de θωΐ legamus. ARISTOTELES (*a*) ait eum omnes partes internas lupo similes habere. Corpus ejus caudam versus elongatum cerni, anteriora vero magis compactum habere (*b*). Hominibus amicum esse neque eos fugere. Easdem praedas ei ac leoni esse, ideoque saepe a leonibus depelli ab ipsa praeda (*c*).

Atque haec omnia sunt quae apud ARISTOTELEM leguntur: difficile est posteriorum definitiones cum HOMERI et ARISTOTELIS dictis conciliare. Animadvertendum tamen eorum plurimos nullam historiae naturalem scientiam habuisse. Notum iis erat θῶα habere similitudinem cum lupo, itaque omnia animalia, quae hac vel illa parte lupo similes essent, θῶας vocaverunt. Haec sunt verba MILLINI DE GRANDMAISON quae etiam nostra facimus. Atque e talibus descriptionibus inepte factis nominibusque falso impositis ab omni tempore plurimi errores in historiam naturalem irrepserunt. Ita etiam Neerlandi, quum in promontorii Bonae Spei terras demigrarent, multas hujus regionis bestias tritis in Neerlandia nominibus appellaverunt, quae quamvis ineptissima sint, etiamnum hisce animali-

---

(*a*) ARIST. *Hist. Anim.* l. II. a. 17.
(*b*) Ib. l. VI. c. 35.
(*c*) Ib. l. IX. e. 44. De significatione quam verbo πολεμοῦν tribuimus vid. BOCHART. l. l. p. 848.

bus servantur (*a*). Non omnes tamen veterum loci de hocce animali nobis tam inepti videntur ac MILLINO.

HESYCHIUS dicit *θῶα* esse animal lupo simile, ex hyaena et lupo natum, eadem habent SUIDAS et EUSTATHIUS (*b*). OPPIANUS canit (*c*).

ἠθάκι δ' αὖτε λύκοι καὶ πορδαλίεσσι δαφοιναῖς
εἰς εὐνὴν ἐπέλασσαν, ὅθεν κρατερόφρονα φῦλα,
θῶες· ὁμοῦ δὲ φέρουσι διπλοῦν μεμορυγμένον ἄνθος,
μητέρα μὲν ῥινοῖσι, προσώποις δ' αὖ γενετῆρα.

EUSTATHIUS alio loco dicit: *θῶα* luporum speciem habere tradunt veteres unde et *λυκοπανθήρ* iis dictus sit: eos tamen errare qui *λυκοπανθῆρα* idem animal ac nostrum esse putent, quum *λυκοπανθῆρες* sint animalia fructivora et timida, et *θῶες* vel cum leone pugnent (*d*).

Nunc videndum de doctorum opinionibus.

Primam *θῶα* esse Lyncem vel lupum cervarium

(*a*) Cf. WIEGMANN, *observv. zoöl. crit. in Arist hist. anim.* Lipsiae 1826. f. 40. p. 25. cujus haec verba sunt.

(*b*) Citantur apud MILLIN DE GRANDMAISON et BOCHARTUM. APOLLONIUS in Lex. Hom. habet *ζῶον ἄγριον* ubi BOISSONNADE notat. p. 426. Cod. Sangermanensem habere etiam *θηρία ἐξ ὑαίνης καὶ λύκου γενόμενα.*

(*c*) Cyneg. III. v. 335.

(*d*) Cetera quae habet MILLINUS antiquorum testimonia minoris momenti sunt; prior enim PLINII locus manifesto ab ARISTOTELE desumtus est. De lectione in posteriori non constat, quum alius *Thoum*, alius *Chaum* legat.

quem dicunt: non sine jure Millin de Grandmaison inde ortum credit, quum θῶες ab Homero cervum irruere dicantur (*a*). Omnia tamen antiquorum testimonia θῶα lupo similem ferunt, et recte Gesnerus (*b*) animadvertit fere semper a poëtis cum lupis nominari, ita nimirum congeneres insinuantibus, quare nullum idoneum hujus opinionis argumentum video eamque eruditos e loco Oppiani, ubi variegatam θωσὶ pellem tribuat, hausisse opinionem credimus. Eam jam Hermolaus Barbarus (*c*) refutavit.

Gennettam non esse θῶα facile quidem probabimus; de Gennettis enim ridiculum esset eas homini innocuas vocare, quum tota ejus longitudo sit pedis unius et dimidii (*d*).

Qui θῶα Chacalem, *Canem aureum*, esse credunt, magis ad veritatem accedere videntur neque nos iis calculum adjicere dubitamus. In argumentorum pro hac vocis significatione militantium expositione Millinum (*e*) sequemur.

1. Patria canis aurei est Asia minor et Turcia; hodieque in vicinia Constantinopoleos magna eorum multitudo est, unde videmus optimam habuisse occasionem Homerum et Aristotelem, ut hoc animal cognoscerent.

(*a*) l. l. p. 441. ann. II.

(*b*) Gesnerus, *Hist. anim.* T. I. lib. I. p. 769.

(*c*) Ad Plin. l. VIII. c. 18. *Castigg. in* Plin. ed. Basil. a. 1534 f. 8va. p. 198.

(*d*) Zimmermann, *Geogr. Hist. v. d. Mensch en de vierv. dieren.* D. II. bl. 338.

(*e*) l. l. p. 442.

2. Scribit ARISTOTELES θῶας hominem diligere neque eum metuere, quod omnia antiquorum testimonia confirmant. Chacales quoque saepe peregrinatoribus appropinquant et facile domantur.

3. Secundum ARISTOTELEM minor lupo est: GULDENSTAEDTIUS chacalem esse magnitudine media inter maximas et minimas canum varietates dicit. Sunt autem canes maximi lupi magnitudine.

4. HOMERUS semper θῶες plurali numero nominat, chacales semper gregartim observantur.

5. Apud HOMERUM θῶες in montibus occurrunt, idem de chacalibus valet qui montes campis praeferunt.

6. In sylva umbrosa θῶες cervum devorant; Chacales per diem sylvas occupant.

7. HOMERUS et ARISTOTELES dicunt θῶας a leonibus dissidere: vidimus unicum leonem fugantem θώων gregem. QUINTUS quoque Smyrnaeus in carminibus describit aprum a catulis suis θῶα amoventem, unde videmus θῶα viribus inferiorem esse.

Alii auctores praeter HOMERUM et ARISTOTELEM dicunt θῶα esse variegatum, sed verosimile videtur eos animalia alia θῶας vocasse, in quibus aliquam cum lupo similitudinem observarint. Nihil de eorum maculis apud HOMERUM invenimus, qui tamen sine dubio epitheto quodam has, ubi adessent, denotasset, sed nunc eos δαφοινούς vocat id est fulvos (a).

Credimus igitur cum MILLINO aliisque θῶα HOMERI

(a) HOM. Il. XI. 437.

et ARISTOTELIS esse, quem Chacalem dicunt, *Canem aureum* L. Ceteros auctores notiones de θωσὶ confudisse, omnes, quae de eo ferebantur, fabulas accepisse, eorumque descriptionem rebus absurdis inquinatos esse, ita ut illis hac in re saltem nullam fidem tribuere possimus (*a*).

Ἵπποι.

De hocce animali pauca annotabimus, ac primo loco observamus, quamvis in genere apud vetere pluris existimarentur equae quam equi ad cursus trahendos et per bella equabus uti mallent (*b*), tamen HOMERUM nunc magis equas, nunc magis equos audasse v. g. EUMELUS (*c*): ἔλαυνεν ἵππους ἄμφω θηλείας aliisque locis ἵπποι ἄρσενες laudantur.

Secundo loco jam ante HOMERI tempora et ante ipsum bellum Trojanum (*d*) equitandi artem Graecos coluisse, vel mythus Centaurorum probaret, quamvis HOMERUS semper loquatur de heroibus curribus vectis, uti et HESIODUS, qui uno tantum loco de usu equorum celetum in bello loquitur (*e*).

(*a*) MILLIN pag. 447. Caeterum neminem mirari credo, nos eorum opinionem non refutasse, qui θῶας simii speciem esse contendant.

(*b*) Cf. BELIN DE BALLU *ad* Oppian. *Cyneg*. l. I. v. 160. Tom. I. p. 223.

(*c*) Il. II. v. 764 seqq.

(*d*) Cf. TOLLIUS, erudite de hac disserens ad PALAEPH *de Incred.* ed. Elzev. 4. 1649. forma 16. p. 141.

(*e*) HESIOD. *in Scut. Herc.*

τοὶ δ' αὖ προπάροιθε πόληος
νῶθ' ἵππων ἐπιβάντες ἐθύνεον.

Duo tantum, quod sciam, apud HOMERUM loci sunt, in quibus de equis celetibus sermo fit (*a*). Ab ἵππῳ non discedimus, antequam pulcerrimam illam generosi equi descriptionem lectorum in mentem revocavimus (*b*).

ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς
ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.

Aptissima sunt eorum in utroque poëta epitheta εὔσκαρθμοι, χαλκόποδες, ὠκυπέται, ποδώκεες μώνυχες, ἐριαύχενες, ὑψήχεες et potissimum, illud ἀερσίποδες aliaque (*c*).

(*a*) *Odyss.* II. 370, κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων alter locus Il. XV. v. 679 magis equos desultorios spectat, de quibus cf. TOLLIUS l. l.

(*b*) Il. VI. v. 501 sqq.

(*c*) Passim. Monendum praeterea, quae Il. VIII. v. 189. de vino equis propinato legantur, non licentiae poeticae esse tribuenda uti MIQUELIO, (*Flora Hom. in Tijdschr.* II. p. 117.) placuit. Recte enim KOEPPENIUS, Bd. II, s. 379, »*dass man den Pferden zwischen das Wasser Wein goss, oder damit ihr Futter nass machte, geschah vermuthlich um ihr Feuer zu vermehren, so wie unsere Reuter deshalb den Pferden Brod in Branntewein getaucht geben.*"

Κόκκυξ.

ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι,
τὸ πρῶτον, τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν,

Hesiodus (*a*) canit. Praecipue cuculus dicitur κοκκύζειν, quamquam verbum quoque de aliis avibus in primis de Gallo gallinaceo usurpatur (*b*), unde admodum, quum tam distincte apud antiquos de ejus voce legamus, ea miror quae sunt apud Sonninum de cuculo, « il ne fait point entendre le chant d'amour que son nom exprime « et, qui pour le vulgaire est aussi l'annonce de « l'infidelité" (*c*).

Κολοιός.

Homero inter aves minores recensetur cum sturnis quas fugat κίρκος (*d*), et gregatim volare dicitur; videmus inde esse graculum, *Corvum monedulam* L. quae est magnitudine columbae et semper societate vivit (*e*).

Λέων, λῖς.

λέων ὥς
σίντης, ὅντε καὶ ἄνδρες ἀποκτάμεναι μεμάασιν,

(*a*) Op. et dies. v. 486, 487.
(*b*) Eustathius apud Schol. Aristoph.
(*c*) Sonnini op. l. II. p. 188.
(*d*) Il. XVI. v. 583.
(*e*) Cuvier *règne animal.* I. p. 421.

ἀγρόμενοι, πᾶς δῆμος, ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀτίζων ἔρχεται, ἀλλ' ὅτε κέν τις Ἀρηϊθόων αἰζηῶν δουρὶ βάλῃ, ἐάλη τε χανὼν, περί τ' ἀφρὸς ὀδόντας γίγνεται, ἐν δέ τέ οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστίεται, ἓε δ' αὐτον ἐποτρύνει μαχέσασθαι γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει, ἤν τινα πέφνῃ ἀνδρῶν, ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ (*a*).

Operae pretium erit lectori cum loco Homeri pulcerrimam Hesiodi descriptionem (*b*) comparare; e quibus, uti ex aliis locis, videmus optime leonem cognosse utrumque poëtam, sed in primis Homerum. Quam egregia sunt epitheta πεινάων μέγα ἠΰγένειος, σίντης, σμερδαλέος, ὠμοφάγος, ὀρεσίτροφος, βλοσυρὸς, χαροπὸς, βαρύφθογγοι caet. quae tamen ulteriore explicatione non egent.

Sed plura mihi sunt argumenta. Primo loco apud Homerum notissimae illius apud antiquos fabulae, leaenam unum tantum partu catulum in lucem edere, ne vestigium quidem invenitur, qui meliora sapiens, semper de iis in plurali numero loquitur e. g.

ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν
ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες (*c*)

(*a*) Il. XX. v. 164 sqq.
(*b*) In *Scut. Herc.*
(*c*) Il. XVII. v. 133.

et sic pluribus locis. Contra HERODOTUS (*a*): ἡ δὲ δὴ λέαινα — ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν, τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας, quae HERODOTUM ab Aegyptiis accepisse credit J. F. GRONOVIUS (*b*), quum HORAPOLLO dicat, mulieris semel enixae symbolum esse leaenam (*c*), verum non sibi constat HORAPOLLO, qui alio loco de σκύμνοις λέοντος (*d*) loquitur. Secundo loco praeter HOMERI et HESIODI testimonia supra allata paucis hic etiamnunc duas HOMERI descriptiones e quibus quam accurate leonem noverit apparet, afferre volumus. Videamus de leonis incessu apud HOMERUM (*e*).

βῆ ῥ' ἴμεν, ὥςτε λέων ὀρεσίτροφος, ὅστ' ἐπιδευὴς
δηρὸν ἔῃ κρειῶν, κέλεται δέ ἑ θυμὸς ἀγήνωρ
μήλων πειρήσοντα, καὶ εἰς πυκινὸν δόμον ἐλθεῖν
εἴπερ γάρ χ' εὕρῃσι παρ' αὐτόφι βώτορας ἄνδρας
σὺν κυσὶ καὶ δούρεσσι φυλάσσοντας περὶ μῆλα,
οὔ ῥά τ' ἀπείρητος μέμονε σταθμοῖο δίεσθαι,
ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἢ ἥρπαξε μεταλμένος, ἠέ καὶ αὐτὸς
ἔβλητ' ἐν πρώτοισι θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι.

et alio loco (*f*):

(*a*) HEROD. l. III. c. inde pulcer ille apologus inter AESOPICAS *fab. Aes.* 2. 276.
(*b*) Ad A. GELLII *N. A.* XIII. c. 7.
(*c*) Lib. II. c. 82, qui plura cupit, adeat auctores a LEEMANSIO ad h. l. citatos p. 369.
(*d*) Lib. II. 138.
(*e*) Il. XII. v. 299 seqq.
(*f*) Il. XVIII. v. 161 seqq.

ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔτι λέοντ' αἴθωνα δύνανται
ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πεινάοντα δίεσθαι.

Manifeste quoque leonem respicit Homerus, ubi de Aiante retrogrediente ita canit (*a*).

τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς,
ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.

θὴρ hic est λέων, qui lente fugit. Aristoteles de leonis fuga (*b*), ἐν δὲ ταῖς θήραις ὁρώμενος μὲν οὐδέποτε φεύγει οὐδὲ πτήσσει, ἀλλ' ἐὰν καὶ διὰ πλῆθος ἀναγκάσθῃ τῶν θηρευόμενων ὑπαγαγεῖν, βάδην ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος — ἐν δὲ ταῖς ψιλαῖς ἐὰν ποτ' ἀναγκασθῇ εἰς φανερὸν διὰ τὸ πλῆθος φεύγειν, τρέχει κατατείνας καὶ οὐ πηδᾷ.

Sed longum esset omnes locos praesertim ex Homero describere, ubi optime leo delineatur. Nulla enim apud eum frequentior comparatio quam a leonibus desumta, ita ut ejus tempore in Asia minore notissimum animal fuisse confirmes. Et neminem fugit, multa esse antiquorum testimonia, leones antea in Europa haud exiguo numero adfuisse. Sic Herodotus narrat (*c*), Xerxis camelos in Thracia a leonibus interfectos, additque eos solummodo inter Nessum et Acheloum inveniri. Aristotelis tempore eorum numerum valde imminutum fuisse ex eo conjicerem, quod

(*a*) Il. XII. v. 545.
(*b*) *Hist. Anim.* IX. c. 31. cf. II c. 198
(*c*) Herod. VII. c. 125.

nullum secuisse videatur Stagirita (a). PAUSANIAE tempore, qui secundo post C. n. saeculo vixit, adhuc in Europa adfuerunt (b). Ex relatione operum duodecim HERCULIS quoque patet eos antea in ipsa Graecia exstitisse. Non difficile est caussas eruere quare hic non amplius inveniantur, quas hic referre nolumus. Leonum aliarumque ferarum in Europa praesentiam modo ii animadvertant, qui in eo, quod *Cervus Tarandus* aliaque animalia frigidiori zonae adsueta, antea in media Europa invenirentur, argumentum invenisse se credunt coeli temperiem antea frigidiorem fuisse; quod, quum animalia torridae zonae, antea in ipsa Graecia exstiterint, non tanti pretii habendum est.

Μῆλα, ὄϊες, κτίλος, ἄρνες Λιβύης.

Μῆλα plerumque oves vocantur, sed nonnumquam etiam caprae (c), μῆλα enim in genere pecudes significat et, ut apud Latinos *pecudes*, potissimum oves. Prior significatio aperte in hocce loco spectatur:

ἔνθα δὲ πολλά
μῆλ' ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον.

Urbes nonnullae citantur in quarum vicinia oves

(a) Cf. WIEGMANN, Op. l. p.
(b) Pausanias. l. VI. c. 5. n. 464. ed. SIEBELIS: ἡ ὀρεινὴ τῆς Θρᾴκης — καὶ ἄλλα θηρία, ἐν δὲ αὐτοῖς παρέχεται καὶ λέοντας· οἱ λέοντες καὶ ἐς τὴν περὶ τὸν Ὄλυμπον πλανῶνται χώραν.
(c) SCHNEIDER invoce.

optimae erant (*a*). Κτίλος, a κτίζω ut aiunt, est vervex, quem Romani ducem gregis nominant (*b*).

Κτίλον animal castratum esse vel ex vocis etymologia et etiam ex sequenti Aristotelis loco me probare posse arbitror (*c*), τῶν βοῶν τοὺς τομίας ἐθίζουσι καὶ καθιστᾶσι τῶν βοῶν ἡγεμόνας ὥσπερ τῶν προβάτων.

Quod vero attinet ad locum de ovibus Libyae (*d*).

Λιβύην ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσιν,

haec explicationem sibi habent apud auctorem anonymum ineditum, quem citat Schneiderus ad Aristotelem (*e*), ὅτι ἐν Λιβύῃ θερειοτάτῃ οὔσῃ καὶ νομὰς ἐχούσῃ (deëst vocabulum) ταχέως κερατώδη τὰ πρόβατα γίνεται, καὶ συνεχῶς τίκτει, καὶ γάλα οὐ λείπει διὰ παντὸς ἐν αὐτῇ.

Οἶστρος.

βόες ὣς ἀγελαῖαι
τὰς μέν τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν,
ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται (*f*).

Eum Latinis asilum dictum fuisse ex sequentibus Virgilii versibus patet (*g*).

Est lucos Silari circa ilicibusque virentem,

(*a*) Il. II. 605, 696.
(*b*) Tib. l. I. c. 10. v. 10. cf. Heyne, *Observ.* p. 88.
(*c*) *Hist. Anim.* VI. v. 21.
(*d*) *Odyss.* IV. v. 85.
(*e*) Schneider, ad lib. VIII. c. 27. III. p. 681.
(*f*) *Odyss.* XXII. 299 sqq.
(*g*) Virg. *Georg.* III. 146, 156. Jam Senecae aeta-

Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo,
Romanum est, oestrum Graii vertere vocantes;
Asper, acerba sonans; quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus aether
Concussus silvaeque, et sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiae Juno pestem meditata juvencae.
Hunc quoque (nam mediis fervoribus acrior instat)
Arcebis gravido pecori, armentaque pasces,
Sole recens orto aut noctem ducentibus astris.

E quibus patet insectum Graecis οἶστρος dictum nullum aliud esse ac *Oestrum bovis:* verba enim « acerba sonans" (*a*) probant non esse Tabanum qui sc. tacite animalia invadat. Quum οἶστρος boves hic infestare dicatur et proprium sit generi Oestri, ut singulae species mammalium speciem unicam sibi seligant ut ibi vitam parasitorum degant, necesse hic de oestro bovino Homerum locutum fuisse statuamus. Caeterum quam aptum sit epitheton αἰόλος, cum Buttmanno (*b*) animadvertant lectores.

Ὄνος, οὐρεύς, ἡμίονος, ἡμίονοι ἀγρότεροι.

De pertinacia asini classicus est locus apud Homerum (*c*):

---

te obsoleta erat vox Asilus. Seneca *Ep.* LVIII init.

(*a*) *Paulet*, *Flore et Faune de Virgile*, Paris 1824. 8vo. p. 142, 143.

(*b*) Buttmann, op. l. II. 74.

(*c*) Il. XI. 558 sqq.

ὡς δ' ὅτ' ὄνος πὰρ ἄρουραν ἰὼν ἐβιήσατο παῖδας,
νωθὴς, ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγη,
κείρει τ' εἰςελθὼν βαθὺ λήϊον· οἱ δέ τε παῖδες
τύπτουσιν ῥοπάλοισι βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν·
σπουδῇ δ' ἐξήλασσαν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς.

quem locum optime contra aggressores vindicavit Koeppenius (*a*). Muli apud utrumque poëtam saepe occurrunt. Priamus ad Achillem proficiscens, ut Hectoris carissimi cadaver solveret rheda et mulis vehitur (*b*). Eorum aptitudo ad onera trahenda laudatur (*c*), quam et perpetuum epitheton ταλαεργοί denotat. Οὐρῆες dicebantur muli quia in montibus potissimum eorum usus erat.

Ἡμίονοι ἀγρότεροι uno tantum loco apud Homerum occurrunt (*d*):

Ἐξ Ἐνετῶν ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων,

quod Koeppenius de Dsiggetai dictum esse putat (*e*). Saepe apud antiquos de mulis foecundis et feris legimus (*f*). Aristoteles, Theophrastus, Plinius haud uno loco de iis loquuntur. Ubi eos nominat Aristoteles addit (*g*), ἕτερον γένος τῶν ἐκ συνδυασμοῦ γινομένων ἵππου καὶ ὄνου et alio loco, ἔστι τὸ γένος ὅμοιον μὲν, ἕτερον δὲ ().

(*a*) B. III. S. 252, 253.
(*b*) Il. XXIII. 324.
(*c*) Il. XVII. 742.
(*d*) Il. II. 852.
(*e*) Koeppen. I. S. 240.
(*f*) Cf. quos citat Bochart. l. l. p. T. I. p. 232.
(*g*) *Arist Hist. an.* l. VI. c. 36.
(*h*) *Arist. Hist. an.* l. VI. c 24.

Ἐνετοὺς quondam clarissimam Paphlagoniae gentem fuisse apud omnes constat (*a*). Omnia quae apud antiquos de mulis feris leguntur, de Dsiggetai (*Equus Hemionus* Pall.) valent, qui est animal inter asinum et equum locum occupans et forma corporis magnopere cum mulo conveniens. Hodie in Asia media vivit et in Asia minori non invenitur (*b*). Eum quoque Cuvierius antiquorum mulum ferum esse censet (*c*).

Πόρδαλις

ἠΰτε πόρδαλις εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο,
ἀνδρὸς θηρητῆρος ἐναντίον, οὐδέ τι θυμῷ,
ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται, ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ,
εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ, ἠὲ βάλῃσιν,
ἀλλά τέ καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη οὐκ ἀπολήγει,
ἀλκῆς, πρίν γ' ἠὲ ξυμβλήμεναι, ἠὲ δαμῆναι (*d*).

eorum pellis ποικίλη vocatur. Menelaus et Paris παρδαλέῃ tecti erant. Primum notandum Grammaticos veteres discrimen statuisse inter πόρδαλιν et πάρδαλιν, ut nempe prius vocabulum marem, posterius vero feminam denotaret (*e*), cujus rei

---

(*a*) Cf. Salmasius, Op. I. p. 624.

(*b*) Zimmerman, *Zoöl. Geograph. Quadr. Lugd. Bat.* 4to. a. 1777. pag. 666.

(*c*) Cuvier, *Règne animal*, I. p. 253.

(*d*) Il XXI. 573.

(*e*) Schneider in voce. Salmasius Op. I. p. 149. Patet tamen hoc loco ex veterum doctrina legendum esse πάρδαλιν, nam quamvis haec ad Gram-

nullum argumentum equidem ex analogia petitum afferre possem.

Latini πόρδαλιν Graecorum *pantheram* vocant (a) πανθὴρ vero probe a πορδάλι distinguendus est, quod plures antiquorum loci testantur (b). Πορδάλιων duas species distinxit Oppianus (c).

πορδάλιες δ' ὁλοαὶ, δίδυμον γένος αἱ μὲν ἔασι,
μείζονες εἰσιδέειν, καὶ πάσσονες εὐρέα νῶτα,
αἱ δὲ τ' ὀλιζότεραι μὲν ἀταρ μένος οὔτι χερείους,
εἴδεα δ' ἀμφοτέρῃσιν ὁμοΐια δαιδάλλονται,
νόσφι μόνης οὐρῆς, τῇ τ' ἔμπαλιν εἰσοράαται,
μείοσι μὲν μείζων τελέθει, μεγάλῃσι δὲ μείων,
εὐπαγεές μηροὶ, δολιχὸν δέμας, ὄμμα φαεινὸν,
γλαυκιόωσι κόραι, βλεφάροις ὑπομαρμαίρουσαι;
γλαυκιόωσιν ὁμοῦ τε καὶ ἔνδοθι φοινίσσονται,
αἰθομέναις ἴκελαι, πυριλαμπέες, αὐτὰρ ἔνερθεν.

---

maticorum ineptias pertinent, tamen non haec statuissent si aperte locos Homeri sibi obloqui vidissent. Cf. Heyne ad h. l. Aristarchus quoque ubique πάρδαλιν legisse dicitur. Cf. Spitzner, ad Il. XIII. 103 quem vid. Vol. I. Sect. III. p. 17. ed. suae *Iliados in Bibl. Graeca* Jacobsii et Rostii.

(a) Salmasius l. l. Ez. Spanhemii, *Dissertationes de praestantia et usu Numismatum antiquorum*, ed. Elzev. 1671. p. 168.

(b) Errat Belin de Ballu ad Oppian. T. I. p. 313. asserens praeter Oppianum solum esse Aristotelem, qui πάνθηρος mentionem faciat: nam ut alios mittamus apud Xenophontem, *de venatione*, c. XI. legimus πάρδαλεις — πάνθηρες; plures locos dabit Salmasius, Op. l. p. 149.

(c) Oppian. *Cyn.* III. v. 63 seqq.

ὠχροὶ τ᾽ ἰοτόκοι τε περὶ στομάτεσσιν ὀδόντες.
ῥινὸς δαιδαλέος, χροιὴ τ᾽ ἐπιπαμφανόωσα,
ἠερόεις, πυκινῇσι μελαινομένῃσιν ὀπωπαῖς,
ὠκύτατόν τε θέειν, καί τ᾽ ἄλκιμον ἰθὺς ὀρούειν,
φαίης, ὁππότ᾽ ἴδοιο, διηερίην φορέεσθαι,
ἔμπης καὶ τό δε φῦλον ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ,
πρόσθ᾽ ἔμεναι Βάκχοιο φερεσταφύλοιο τιθήνας.

ubi BELIN DE BALLU sequentia annotat (*a*). « Duplex quoque agnoscimus pantherarum genus « magnum et parvum. Istud apud nos hodie *un-* « *cia*, gallice *l'once* nominatum, a pantheris differt « non solum, ut OPPIANUS animadvertit corporis « magnitudine et caudae longitudine, sed etiam « pellis colore et forma macularum, quibus pellis « distinguitur. Primum pantherarum genus fulva « vestitur pelle variegata maculis orbiculatis, ocu- « latis, nigris, magnis annulorum vel rosarum for- « mam referentibus et quarum medium notis ejus- « dem coloris pingitur.". Πόρδαλις ab ARISTOTELE (*b*) sic describitur : ἔστι γὰρ ἔχον πρόσωπον μικρὸν, στόμα μέγα, ὀφθαλμοὺς μικροὺς, ἐκλεύκους, ἐγκοίλους, αὐτοὺς δὲ περιπολαιοτέρους (*c*), μέτωπον προμηκέστερον, πρὸς τὰ ὦτα περιφερέστερον ἢ ἐπιπεδώτερον, τράχηλον μακρὸν ἄγαν καὶ λεπτὸν, στῆθος ἄπλευρον, καὶ μακρὸν νῶτον· ἰσχία σαρκώδη καὶ μηρούς· τὰ δὲ περὶ τὰς λαγόνας καὶ γαστέρα

(*a*) T. I. p. 321.

(*b*) ARIST. in libro *de Physiognomia*, cit. apud BELINUM, p. 122.

(*c*) Mavult BELINUS πυριλαμπεστέρους vel ἐπιπολαιοτέρους suppl. τῶν τοῦ λέοντος.

μᾶλλον· τὸ δὲ χρῶμα ποικίλον καὶ ὅλον ἄναρθρόν τε καὶ ἀσύμμετρον. Videmus esse *Felim Pardum* L., pantheram vulgo, quae CICERONIS adhuc aetate frequens in Asia minori inveniretur. Notissima enim sunt quae de pantheris epistolarum commercio CICERO cum COELIO egit, qui aedilis creatus a CICERONE rogavit ut e Cilicia pantheras sibi mitteret (*a*), ad ludos celebrandos, cui rescribit CICERO (*b*), « De pantheris per eos qui venari so« lent, agitur mandato meo diligenter: sed mira « paucitas est; et eas quae sunt, valde ajunt « quaeri, qnod nihil cuiquam insidiarum in mea « provincia, nisi sibi fiat, itaque constituisse di« cuntur in Cariam ex nostra provincia decedere." Nobis memoria recolentibus Cariam magis occidentalem fuisse regionem, et conferentibus quae COELIUS scripserit (*c*), « in Pamphyliam litteras mi« seris. nam ibi plures capi ajunt" apparet pantheras etiamdum tunc temporis valde communes in Asia minori fuisse.

Πρόξ, προκάς.

Πρόξ bis apud HOMERUM legitur, prima vice cnm rupicapris et leporibus inter animalia venatoria (*d*), secunda vice ursi, leones et pantherae προκάδων (*e*) saturi dicuntur. Grammatici veteres

(*a*) CIC. *Epist.* ad *fam.* l. VIII. passim ed. ORELL.
(*b*) CIC. *Epist.* ad *fam.* l. II. c. 11.
(*c*) CIC. *Epist.* ad *fam.* l. VIII. c. 9.
(*d*) *Odyss* XVII. v. 295.
(*e*) *Hymn.* in *Ven.*

explicabant ἐλάφους, νεβρούς, sed errarunt, nam ex Aristotele patet πρόκας esse capreolos, sc. ab eo semper πρόξ cum cervo nominatur unde animalia specie diversa esse videmus et ubi de animalibus vesicula fellis carentibus loquitur etiam cum cervis πρόκα recenset, manifesto indicio πρόκας ad Cervos pertinere (*a*).

Τέττιξ.

ἦμος δὲ χλοερῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ,
ὄζῳ ἐφεζόμενος, θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν
ἄρχεται, ᾧ τε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση,
καί τε πανημέριός τε καὶ ἠῷος χέει αὐδὴν —
ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει,
ἦμος δὲ κέγχροισι περὶ γλώχες τελέθουσι,
τούς τε θέρει σπείρουσι, ὅτ' ὄμφακες αἰόλλονται.

Canit Hesiodus (*b*); et Homerus senes Trojanos in turri sedentes cum cicadis comparat:

οἵτε καθ' ὕλην
δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν (*c*).

Plurimi sunt antiquorum loci de Cicadis. Sufficiat hic suavissimum illud Anacreontis odarion.

μακαρίζομέν σε τέττιξ κ. τ. λ. (*d*).

lectorum in mentem revocare. Koeppenius τέττιγα

(*a*) Cf. Wiegmann, Op. I. p. 25.
(*b* Hesiod. *in Scuto.*
(*c*) Hom. Il. III. v. 151.
(*d*) Anacreont. Od. n. 43. ed. Brunck.

censet esse *Cicadam Orni* L. (*a*). Nobis vero *Cicada plebeja* esse videtur, quae multo major quam Cicada Orni est atque igitur facilius in conspectum venit.

Φερέοικος.

ἀλλ' ὁπότ' ἂν Φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂν φυτὰ βαίνῃ,
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος οὐκ ἔτι οἰνέων (*b*).

Quum superioribus versibus de vitibus loquatur poëta, haud longe a vero abesse credo, si *Φερέοικον Helicem Pomatiam* interpretor.

(*a*) Koeppen. ad. Il. III. v. 151.
(*b*) Hesiod. Op. et D. v. 571, 572.



NOMINA SYSTEMATICA.

Αἰγυπιός, Gypaëtus barbatus.
Αἴξ, Capra Hircus L.
Αἴξ ἄγριος, Capra Aegagros, Capra Ibex L., Capra Rupicapra L.
Ἄρκτος, Ursus Arctos L.
Βοῦς, Bos Taurus L.
Γέρανος, Ardea Grus.
Γύψ, Vultur fulvus vel cinereus Gm.
Ἔλαφος, Cervus Elaphos L.
Ἡμίονος ἀγρότερος, Equus Hemionus Pall.
Θώς, Canis aureus L.
Ἴξαλος, Capra Ibex Pall.
Ἵππος, Equus Caballus L.
Κεμάς, vid. ἔλαφος.
Κόκκυξ, Cuculus canorus L.
Κολοιός, Corvus monedula L.
Κτίλος, vid. Ὄϊς.
Λέων, Felis Leo L.
Λῖς, vid. Λέων.
Μῆλα, vid. Ὄϊς.
Νεβρός, vid. ἔλαφος.
Ὄϊς, Ovis Aries L.

Οἶστρος, Oestrus Bovis L.
Ὄνος, Equus Asinus L.
Οὐρεὺς, Equus Mulus L.
Πόρδαλις, Felis Pardus. L.
Πρόξ, Cervus Capreolus L.
Τέττιξ, Cicada plebeja.
Φερέοικος, Helix Pomatia.

GEO. PHIL. FRED. GROSHANS

PRODROMUS

FAUNAE HOMERI ET HESIODI.

FASCICULUS POSTERIOR.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS.

1843.

Separatim typis exaratum ex diario, c. t.

Tijdschrift voor Nat. Gesch. en Physiol.

GEO. PHIL. FRED. GROSHANS

PRODROMUS FAUNAE

HOMERI et HESIODI.

FASCICULUS POSTERIOR.

Quum quatuor annos abhinc Prodromum Faunae Homeri et Hesiodi cum eruditis communicavissem, mens erat in posterum utriusque poetae Faunam elaborare. Itaque horas subsecivas in hoc studio collocavi. Spem vero lucubrationum fefellit eventus. Quae enim nobis usque adhuc est Graeciae Asiaeque minoris notitia Zoologica, non talis est, ut operi nostro sufficiat. Caeteras difficultates in iis explicandis, quae ad historiae naturalis antiquorum cognitionem pertineant, ubique locorum obvias mitto, quum neminem in hisce vel leviter versatum fugere possint. Malui tamen quae annotaveram publici juris facere quam occultare. Prodromi autem nomen retinendum censui. Accipiant igitur lectores hunc posteriorem fasciculum. Ipse vero, si huic fundamento alii pulcriores aedes superstruere possint, sat laudis mihi competivisse credidero.

Restat ut gratum erga eos animum significem, qui libris suppeditandis me adjuvarunt: in primis vero erga Virum Doct. Amicissimum J. G. Sluiterum, Gymnasii Erasmiani Prorectorem, qui qua esse solet humanitate bibliothecam suam exquisitam mihi aperuit.

Ἀηδών.

Miror neminem interpretum vidisse Hesiodi ἀηδόνα verosimillime aliam hujus avis speciem esse, ac nos vulgo observamus, *Sylviam* nempe *Lusciniam*. Epitheton enim ab Hesiodo ἀηδόνι tributum probare videtur poëtam *Sylviam Philomelam* respexisse, in quam illud optime accommodari potest. Hesiodi locus, ubi epitheton illud ποικιλόδειρος, quod tantas eruditis difficultates peperit, legitur, hic est:

ὧδ' ἴρηξ προςέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον (1).

Jam Tzetzes et Moschopulus sine exemplo ποικιλόφωνον explicarunt (2) et Ruhnkenius legendum conjecit ποικιλόγηρυν: laudabilis profecto conje-

---

(1) Opp. et dd. v. 205.

(2) Cf. in ed. Gaisfordii ad l. l. Passowius in Lex. in v. vulgatam defendit, vertitque, » mit schillernder Kehle." Goettlingius quem vide cum Ruhnkenio facit.

ctura. Vulgatam lectionem alii tuentur, Clementis Alexandrini testimonio nitentes hoc: ὡσαύτως δὲ καὶ ἀηδὼν καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ᾠδὴν συμμεταβάλλει ταῖς τροπαῖς (1).

Si vero Hesiodum *Sylviam Philomelam* putasse accipimus, non opus est conjectura quamvis egregia. Hanc ita describit Glogerus (2): « Eben « so ist dunkler der Oberleib, welcher bei Alten « röthlichbraun oder tief röthlich-olivenfarben « aussieht, während die Oberbrust auf bräunlich- « weissem oder hell gelblichgrauen Grunde bald « sehr undeutlich, bald ziemlich klar braungrau « gewellt, oft auch fast dreieckig und die weisse « Kehle an den Seiten ebenso gefleckt aussieht. Je « älter, desto dunkler Alles. Bei ungewönhlich « bejahrten Vögeln nehmen recht deutliche ziem- « lich dunkle, halbmondähnliche Flecke auch die « ganze Brust, die Weichen und die ganze Kehle ein « und bilden neben letzterer dichte Bartstreifchen."

In hac descriptione simul causam invenire possumus, quare Graeci ipsi hic lapsi sint, quum maculas non in omnibus distincte apparere legamus. Sic legimus apud Pallasium (3): « pulcre « obsolete punctato." In exemplari Musei Lugduno-Batavi minus perspicue observantur.

---

(1) Apud Gaisfordium ad l. l. Hesiodi.

(2) Gloger, *Vollständ. Handb. der Naturgesch. der Vögel Europa's mit besonderer Rücksicht auf Deutschland*, I. s. 213. Breslau 1834 8vo.

(3) *Zoographia Rosso-Asiatica*, Vol. I. p. 486.

Magnam vero veri speciem opinio nostra ex Germani nominis analogia cum epitheto ποικιλόδειρος nanciscitur. Nuncupatur enim hac lingua: « Der Sprosser-Sanger," ist est Luscinia maculata (1). Observatur Luscinia Philomela in Suecia, Germania orientali, Helvetia, Hongaria, Dalmatia, apud Venetias, ad Wolgam in Caucaso, in Persia et Aegypto (2).

Idem animal respexisse videtur Homerus, ubi Lusciniam vocat χλωρηΐδα his pulcerrimis versibus (3):

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηῒς Ἀηδὼν
καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν
ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν.

Nisi cum scholiasta explicare mavis χλωρηΐς, ἐν χλωροῖς διατρίβουσα (4), quae interpretatio ταὐτολογίαν Homero tribuit, quum versus 514 δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν idem dicat. Verosimilior igitur nascitur opinio lusciniam a colore χλωρηΐδα dictam fuisse. Nostra

(1) Gloger l. l. Pallas l. l. Icon. apud Naumann *Naturgesch. der Vögel Deutschlands*, Tab. 74. fig. 1.

(2) *Die Wirbelthiere Europa's* von A. Graf Keyserling u. Prof. J. H. Blasius, Braunschweig 1840. 8vo. III. p. LVI.

(3) *Odyss.* XIX. 512 seqq. Aliam lectionem τοῦ πολυηχέα cognoscas ex Aeliano de hist. an. L. V. c.36.

(4) *Odyss.* ed. Baumgarten-Crusius, Lipsiae 1834. T. III. p. I. pag. 153.

vero luscinia nullo modo χλωρηΐς dici potest, uti jam recte Schneiderus animadvertit. *Sylvia* vero *Philomela* saepe maculas supra descriptas, unde nomen Germanicum et Hesiodi epitheton originem duxisse ostendimus, non habet, uti supra ex Glogeri descriptione perspicuum est, immo saepe pallido pectore exemplaria inveniuntur. Forsitan igitur tales ob oculos Homero fuerint, unde epitheton χλωρηΐς desumpserit (1).

Αἰετός, μόρφνος, περκνός (2), *ἀνόπαια.*

Αἰετός apud Homerum est avium celerrima et fortissima (3), nigra (4), altissime volitans (5), *νεβρὸν* vel leporem serris sustinens (6). Optime

(1) Fateor tamen dubio locum esse. Aliam speciem nobis minus cognitam in Graecia obviam fortasse Homerus χλωρηΐδα nominavit. Schinz *Europäische Fauna*, Stuttgart 1840. 8vo. I Bd. s. 181. »Ich »habe aus Griechenland einen Sänger erhalten, »welcher der Nachtigall sehr ähnlich ist, sich »aber durch den stärkern Schnabel, welcher »schwarz ist, durch etwas bedeutendere Grösse »auch durch etwas verschiedene Farbe unter»scheidet. Ich halte ihn für eine eigene Art.« — Jam ante annum a Viro Cl. litteris ad eum datis, rogavi ut hujus avis ulteriorem descriptionem mecum communicaret. Responsum vero non accepi, quare nihil amplius addere possum.

(2) Aristarchus *πέρκνος* scribi voluit.

(3) Il. XXI. v. 252.

(4) Il. XV. v. 690 *αἴθων*.

(5) Il. XXII. 308.

(6) Il. IX. 247.

videt inter omnes aves (1), alias aves, grues, anseres, cygnos invadit (2); quae omnia optime cum *Falcone imperiali* conveniunt.

Alia avis in PRIAMI exitu memoratur (3):

> *αἰετὸν ἧκε, τελειότατον πετεηνῶν,*
> *μόρφνον θηρητῆρ', ὃν καὶ περκνὸν καλέουσιν,*

de qua ARISTOTELES (4): *Ἕτερον δὲ γένος ἀετοῦ ἐστιν, ὃ πλάγγος καλεῖται, δεύτερος μεγέθει καὶ ῥώμῃ· οἰκεῖ δὲ βήσσας καὶ ἄγκη καὶ λίμνας· ἐπικαλεῖται δὲ νηττοφόνος καὶ μορφνός, οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῇ Πριάμου ἐξόδῳ.*

Sagittae HERCULIS apud HESIODUM dicuntur:

> *μορφνοῖο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσι* (5).

Nihil obstat quin cum CUVIERIO hanc avem esse *Falconem naevium* L. credamus (6).

Verbulo hic de *ἀνόπαια* monendum in HOMERI Odyss. L. I. vs. 320. ubi multi legunt *ἀν' ὀπαῖα* ARISTARCHUS aliique legerunt:

> *ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο·*

interpretatus est *εἶδος ὀρνέου ἀετώδους*. Nobis cum

---

(1) IL. XVI. v. 676.
(2) IL. XV. 690.
(3) IL. XXIV. v. 315 seq.
(4) H. A. SCHN. IX. 22. vulgo 31.
(5) HESIODUS in Scuto. v. 134.
(6) In STEPHANI thesauro in voce *ἀετός* ed. nov. cf. CUVIER ad Plin. X. 3. Tome VI. p. 369, 370 troduction de M. AJASSON DE GRANDSAGNE.

Schneidero (1) optime placet lectio ἀνοπαῖα, ut sit ἀνωφερές, quae explicatio Empedoclis confirmatur fragmento (2).

Αἰθυίη.

αὐτὴ δ' ἄψ ἐς πόντον ἐδύσατο κυμαίνοντα
αἰθυίῃ εἰκυῖα· μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν (3)

et supra in versu admodum dubiae fidei

αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα, ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης (4)

qui versus rejiciendus videtur, quum λίμνη de Oceano nunquam dicatur apud Homerum, uti pessime voluit Suidas (5). De αἰθυίᾳ classicus locus est apud Aristotelem (6), quem si melius adhibuissent non tam saepe in nominibus animalium vertendis lapsi essent interpretes. Legimus apud Stagiritam: ἡ δὲ αἰθυία καὶ οἱ λάροι τίκτουσι μὲν ἐν ταῖς πέρι τὴν θάλασσαν πέτραις (7), τὸ μὲν πλῆθος δύο ἢ τρία· ἀλλ' ὁ μὲν λάρος τοῦ θέρεος ἡ δ'

(1) Schneider in Lex. in v.
(2) Cf. Nitzsch, *Erklärende Anmerkungen zu Homers Odyssea*, Th. I. s. 54. Hesychius in voce habet ὀρνέου ὄνομα καὶ εἶδος· ἢ ἀνὰ τὴν ὀπὴν τῆς θύρας, ἢ ἀνὰ τὴν θυρίδα ἢ ἄφωνος.
(3) Hom. *Odyss.* l. V. v. 352, 53.
(4) Ibid. v. 337.
(5) Suidas in v.
(6) H. A. l. V. 8. 4.
(7) Locum respicit Schol. ad Apoll. Rhodium, quem citat Schaeffer in Stephani Thesauro: ἡ δὲ αἰθυία ἐν τοῖς παραλίοις τόποις ζῇ.

αιθυία ἀρχομένου τοῦ ἔαρος εὐθὺς ἐκ τροπῶν, καὶ ἐπικαθεύδει, ὥςπερ αἱ ἄλλαι ὄρνιθες· οὐδέτερον δὲ φωλεύει τούτων τῶν ὀρνέων. Alio loco (1) inter marinas sed non palmipedes recensetur. Ad Mergi genus nequaquam igitur potest referri. Quae de ejus voracitate apud antiquos leguntur SCHNEIDERUM dubitantem reddiderunt (2) an esset *Larus parasiticus* L. (3) sed is, uti recte animadvertit, non urinatur.

Equidem quaenam sit avis fateor me nescire: illud tamen addere possum omnes quotquot noverim interpretationes rejiciendas esse. Sic post GESNERUM (4) Mergum plures vertere, quod falsum esse locus ARISTOTELIS, ubi *αἰθυίαν* palmipedum ordine expellit, aperte demonstrat. Fulicam, uti inter alios CRUSIUS (5) opinatus est, non esse *αἰθυίαν*, ex numero ovorum probari potest. *Fulica atra* enim septem vel octo parit.

Notandum hic quoque Minervam sub nomine *Ἀθήνης αἰθυίας* cultam fuisse, quae scilicet navigantibus prospiceret (6). Nummos in quibus *Ἀθήνη αἰθυία* expressa esset, mihi indicare non

---

(1) H. A. l. VIII. l. 3.
(2) SCHNEIDER, T. III. p. 278. ad Arist. de H. A. l. V. 84. ubi plura de *αἰθυίαις* congessit.
(3) Lestris parasitica recentiorum.
(4) GESNERUS, *Hist. av.* p. 118, 119.
(5) CRUSIUS, *Vollständiges Griechisch-Deutsches Wörterbuch über die Gedichte des Homeros und der Homeriden*, Hannover 1836.
(6) PAUSANIAS, I. 5. 3. et I. 416. Cf. SIEBELIS ad I. II. 9. 184. 8.

potuit Vir Cl. VAN DER CHYS, artis numismaticae peritissimus.

Ἀκρίς.

ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠέρεθονται
φευγέμεναι ποταμόνδε· τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ
ὄρμενον ἐξαίφνης, ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ (1).

Ἀκρίς est nomen locustarum generale; praecipue tamen huc pertinet *Gryllus migratorius* L. (2), BOCHARTUS in HIEROZOICO ex antiquis ostendit (3) quomodo locustae igne capiantur.

De locustis in flumen cadentibus recte KOEPPENIUS (4): « Wenn übrigens der Dichter sie in « einem Fluss fallen lässt, so hat er dabei einzelne « besondre ihm bekannte Fälle vor Augen gehabt, « wo sich jenes mit den Heuschrecken in der Nähe « eines Flusses ereignete. Solche Fälle konnten sei- « nen Zeitgenossen ebenfalls bekannt sein, weil ein « Heuschreckenzug für alle Interesse hatte, und « alles ihn bekämpfte."

---

(1) IL. XXI. v. 12 seqq.

(2) Operae pretium est legere quae de locustarum copiis ingentibus collata sunt apud KIRBY et SPENCE, *Inl. tot de Entomologie*, D I. bl. 205 volg.

(3) Pars II. p. 495. l. IV. c. 8. In Thesauro STEPHANI in voce laudatum video de specie ἀκρίδος huc pertinente MILLIN *Magaz. Encycl.* T. V. ann. 2. n. 20. p. 486. quem librum obtinere non potui.

(4) KOEPP. Th. VI. S. 486.

Ἀράχνη.

Promiscue aranea ἀράχνη et ἀράχνης apud Hesiodum vocatur (1). Errat igitur Thomas Magister scribens ἀράχνη τὸ ὕφασμα· ἀράχνιον τό νῆμα· ἀράχνης, τὸ ζῶον (2). Caeterum, quam adpositum sit epitheton ἀερσιπότητος animadvertant lectores.

Ἅρπη.

ἅρπῃ εἰκυῖα τανυπτέρυγι, λιγυφώνῳ·

dicitur Minerva apud Homerum (3). Eustathius (4) ζῶον θαλάσσιον, λάρῳ πολεμοῦν· φιλεῖ δὲ τροφὴν συνάγειν καὶ φυλάσσειν ἐπὶ ταῖς κάρφεσιν εἰς χορηγίαν ταῖς νεοσσοῖς.

Vel nomen avem rapacem indicat. Mihi est *Falco fusco-ater*, *Falco Aegyptius* Gmel. (5). Jam Gesnerus vidit ἅρπην Oppiani et Aeliani longe aliam avem esse ac ἅρπην Aristotelis, qui tamen paucissima tradidit, quae jam ab Eustathio adhibita supra laudata sunt (6). Ἅρπη Oppiani et Aeliani

---

(1) Hesiodus *Opp. et Dd.* v. 777.
(2) Thomas Magister in voce pag. 108. ed. Bernardi ubi vid. Oudendorpius.
(3) Il. XIX. 350.
(4) Eustathius, p. 1188. Rom.
(5) Schinz. p. 125.
(6) Vid. Camus ad Aristotelem, Tome II. p. 410. Male Savigny, *Description de l'Egypte*, Tome XXIII. *Hist. nat.* 2 vol. p. 244. sec. ed. Paris

montanum animal fuit, uti ex eorum testimoniis patet (1).

Δελφίν

ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
φεύγοντες, πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου,
δειδιότες· μάλα γάρ τε κατεσθίει, ὅν κε λάβησιν (2).

Omnia quae apud utrumque poëtam de Delphino leguntur cum *Delphino Delphide* conveniunt, quare eorum sententiam qui ita vertendum censent lubenter accipimus (3).

Δράκων, ὄφις, ὕδρος.

Homeri et Hesiodi tempore inter *δράκοντα* et *ὄφιν* non numquam discrimen posuere. Legimus enim apud Hesiodum (4):

1828. *chez Panckoucke* inter synonyma tam Homeri locum quam Aeliani et Oppiani locum recensuit. In eundem errorem saepius lapsus est haud distinguens idem nomen aliis longe animalibus postea tributum fuisse. Neque cum Savignio *ἄρπην* ad *φήνην* referre possumus.

(1) Oppiani sive potius Dionys. Ixeut. l. I. c. 8. Aeliani H. Anin. l. II. c. 47.

(2) Il. XXI. v. 22 seqq. Classicus locus est apud Hesiodum in Scuto.

(3) Cuvierius potissimum huc pertinet, qui de Delphinis apte disputavit cf. ad Pl. l. VIII. 38. T. VI. p. 445 suiv.

(4) In Scuto. v. 144 sqq., 161 sqq.

ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος, οὔτι φατειός
ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς.
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων,
δεινῶν, ἀπλήτων.

Paullo inferius in ulteriori scuti descriptione:

ἐν δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἔσαν οὔτι φατειῶν
δώδεκα· ταὶ φοβέεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων,
οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷϊ φέροιεν.
τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν, εὖτε μάχοιτο
Ἀμφιτρυωνιάδης· τὰ δὲ δαίετο θαυματὰ ἔργα.

Homerus saepius de δρακόντι loquitur; ὀρέστερος, βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, ἑλισσόμενος περὶ χειῇ (1), ἐπὶ νῶτα δαφοινός vocatur (2), aviculas comedit. Apud Homerum igitur generale serpentium nomen videtur et omnibus venenatam naturam tribuit, unde summo terrore percellitur qui δράκοντα adspexerit:

ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
ἂψ τ' ἀνεχώρησεν, ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειάς (3).

Homerus tamen promiscue δράκοντα et ὄφιν dixit uti egregie sequenti loco probatur (4):

ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν,
αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,

---

(1) Il. XXII. 93 seqq.
(2) Il. II. 308.
(3) Il. III. 33 seqq.
(4) Il. XII. 200 seqq.

φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον,
ζωόν, ἔτ' ἀσπαίροντα. καὶ οὔπω λήθετο χάρμης·
κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος, παρὰ δειρήν,
ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε,
ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ·
αὐτὸς δὲ κλαγξὰς πέτετο πνοιῇσ' ἀνέμοιο.
Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν
κείμενον ἐν μέσσοισι, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο (1).

Distinctam speciem mihi nec δράκων nec ὄφις indicat, quaeque de δράκουσι apud HOMERUM legimus fabulis permista sunt, ita ut tum draconem fabulosum quam serpentes communi δράκοντος nomine eum nuncupare videamus.

Ὕδρου mentio hic quoque facienda:

ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
Λήμνῳ ἐν ἀγαθέῃ, ὅθι μιν λίπον υἷες Ἀχαιῶν,
ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῷ ὀλοόφρονος ὕδρου (2).

Quodnam animal poëta ὕδρου nuncupaverit, mihi incertum est neque ex aliorum scriptorum testimoniis eruere potui (3). Ceterum vel nomen serpentem aquaticam indicat.

Ἔγχελυς.

Anguillae a ceteris piscibus ab HOMERO et HESIODO

(1) Pulcerrime hunc locum imitatus est VIRG. Aen. XI. 751 seq.
(2) HOM. IL. II. 720.
(3) Cf. de antiquorum testimoniis J. G. SCHNEIDER, *Historia Amphibiorum naturalis et literaria*, Jenae 1799. 8vo. fascic. I. p. 235 seqq.

distinguuntur (1). Nec aliter posteriores (2). Revera forma tantopere a piscibus recedunt, ut non miremur separatim eas ab utroque poëta nominatas fuisse.

Ἐλέφας.

Quamvis ipse elephantus non ante Alexandri Magni tempora in Graecia visus sit, tamen vel ex antiquissima Pelopis humeri eburnei fabula similibusque patet ebur mercatura ad Graecos delatum fuisse. Frequens ejus apud Homerum et Hesiodum mentio fit, ex eorumque carminibus supellectilia multa heroüm tempore ex ebore confecta in usu fuisse patet. Sic frena ebore ornata (4). Menelai domus ebore resplendens memoratur (5). Antiqui fere omnes crediderunt ebur esse cornu animalis. Non tamen intelligendi sunt scriptores antiqui de loco ubi elephanti dentes oriantur, errasse; scriptores enim recentiores, qui optime animal cognoverunt, etiam ebur inter cornua collocarunt. Multus est Bochartus in recensendis scriptoribus utramque opinionem amplectentibus (6).

---

(1) Hom. et Hesiod. passim.

(2) Sic Aristoteles saepe τῶν ἐγχέλεων γένος. Cf. H. A. I. 5. II. 10. de Part. IV. 13. III. 17. IV. 8. Athenaeus VIII. p. 498.

(3) Bochart, *Hieroz.* P. I. lib. II. c. 24. p. 252.

(4) Il. l. V. 5. 583.

(5) *Odyss.* lib. V. v. 151.

(6) l. l. cf. quoque Petitus ad Aretaeum Capp. *de*

'Ερωδιός.

τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο
Παλλὰς Ἀθηναίη· τοὶ δ' οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
νύκτα δι' ὀρφναίην, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν (1).

Zopyrus in quarto libro de Mileto condita (2) aliter legisse videtur: Dicit enim; ἐν τῇ νυκτεγερσίᾳ τοῦ ποιητοῦ θέντος πελλὸν Ἀθηναίη μεταγράφουσί τινες καί φασι Παλλὰς Ἀθηναίη τῷ ἐπιθέτῳ ψυχαγωγούμενοι, ἀλλ' οὐ τῇ ἀληθείᾳ ἀκολουθοῦντες, quae lectio igitur, monente Heynio (3), sat frequens fuisse statuenda est. Quidquid est, e Zopyri verbis videmus ἐρωδιὸν τὸν πελλὸν (alii πέλλον) hic intelligendum esse. De ἐρωδιῷ τῷ

morb. diut. l. II. c. 13. p. 218. ed. Boerhaavii. Aretaeus Cappadox, l. l. pulcerrimam dedit elephantorum descriptionem, in qua potissimum me offendit ἐλέφαντες δὲ μοῦνοι μέλανες, ζοφοειδέες τὴν χροιὴν νυκτὶ δὲ καὶ θανάτῳ ἴκελοι. Ex Horatio videmus album elephantum Romam jam fuisse allatum: *sive elephas albus vulgi converteret ora.* Epist. II. 1. 196. Volunt autem interpretes (cf. Wigan in proleg.) Aretaeum secundo post C. n. saeculo „in loco liberum cum Roma commercium alenti" vixisse. Verum enim vero verosimillimum imperatorum tempore, quamvis non saepe plures tamen albos elephantos in circo visos fuisse. Quomodo igitur ignoravit Aretaeus albos exstare elephantes qui tam graphice eos describit. An igitur magis, quam vulgo credunt, ejus aetas removenda est?

(1) Il. X. v. 274.

(2) Cf. Schol. B.

(3) Heynius, T. VI. p. 58.

πελλῷ Aristoteles haec profert (1): (nugas de sanguine in coitu misso mittimus) εὐμήχανος δειπνοφόρος καὶ ἔπαγρος· τὴν μέντοι χροιὰν ἔχει φαύλην. Zopyrus (2) τρίτος δὲ πελλός ἐστι μελάγχρους καὶ πρὸς λαθραίαν πρᾶξιν ἄριστος πάντων ἐστίν. Non potest esse alia avis quam *Ardea cinerea* L.

Si quis rogat de ardea a poëta Minervae tributa, nihil quod respondeam habeo nisi hunc locum ex Etymologico Magno desumptum: ἔστι δὲ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ὅτι πολλά εἰσιν ἐρωδιοῦ εἴδη· δύναται οὖν τὰ μὲν αὐτῶν τῇ Ἀθηνῇ κατακεῖσθαι, τὰ δὲ τῇ Ἀφροδίτῃ. Nummos in quibus Minerva cum ardeā inveniretur frustra quaesivi (3).

Εὐλαί, σκώληξ.

Pluribus locis apud Homerum εὐλαί nominantur:

οὐδέ μιν εὐλαὶ
ἔσθουσ', αἵ ῥά τε φῶτας Ἀρηϊφάτους κατέδουσιν (4),

---

(1) H. Anim. l. IX. c. 2. 8. additur post ἔπαγρος Ἐργάζεται δὲ τὴν ἡμέραν. Quod poetae loco quodammodo repugnat. Tamen lectio antiqua magnum argumentum est ἐρωδιὸν τὸν πελλόν hic intelligi.

(2) Zopyrus apud Eustathium. Vid. Eustathii *Archiepiscopi Thessali Commentarius ad Homeri Iliada, ad fidem Ex. Rom.* ed. Lipsiae 1827. apud Weigelum forma 4. T. I. p. 336, 337.

(3) Cl. v. d. Chys per litteras rogavi an nummos in quibus Minerva cum ἐρωδιῷ exstaret mihi indicare posset, sed nullos tales sibi notos esse respondit.

(4) Il. XXIV. v. 414.

et alio loco:

νῦν δέ σε μὲν παρὰ νηυσὶ κορωνίσι, νόσφι τοκήων,
αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, ἐπεί κε κύνες κορέσωνται,
γυμνόν· (1)

Grammatici explicarunt σκώληκες, uti SUIDAS (2), Scholiasta (3), EROTIANUS (4); sed peculiariter ita nuncupantur qui in vulneribus oriuntur et cadaveribus. Omnes enim loci HOMERICI hanc significationem ostendunt et varii loci HIPPOCRATIS eam testimoniis muniunt (5). Recte quoque HESYCHIUS: οἱ ἐν τοῖς τραύμασι γινόμενοι σκώληκες (6). Male igitur Graeci posteriores has voces confuderunt: sic apud ARISTOTELEM (7) legimus τὰ δὲ ἔντομα πάντα σκωληκοτόκει.

Σκώληξ apud HOMERUM de *Lumbrico terrestri* dicitur, uti manifeste ex hoc patet loco, ubi de HARPALIONE canit (8):

ὥςτε σκώληξ ἐπὶ γαίῃ
κεῖτο ταθείς·

---

(1) IL. XXII. V. 508 seqq.
(2) SUID. in voce.
(3) Schol. ad HOM. IL. XXII. v. 509.
(4) EROTIANI τῶν παρ' Ἱπποκράτους λεξέων συναγωγή in voce ed. FOESII.
(5) Cf. FOESIUS in Oecon. in v.
(6) In voce.
(7) De gener. anim. II. 1. Cf. HORUS APOLLO, *Hierogl.* II. 47. ubi vid. LEEMANS. Cf. Acta Apost. XII. 23. Evang. Marc. IX. 44. 46. 48.
(8) IL. XIII. 654, 655.

Ceterum mirentur lectores hos Homeri versus quibus εὐλῶν generatio describitur et animadvertant egregium naturae observatorem, qui non uti Aristoteles ipse et Galenus e putredine nasci εὐλάς statuit, sed ovulis insectorum oriundas (1):

Μῆτερ ἐμὴ . . . .
. . . .
. . . . ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
δείδω, μή μοι τόφρα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
μυῖαι, κάδδῦσαι κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλὰς,
εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν —
ἐκ δ' αἰὼν πέφαται — κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπήῃ.

Epitheton αἰόλαι recte ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι explicant (2).

Ἴδρις.

Semel apud Hesiodum nominatur (3) formica, de qua nihil amplius annotavimus.

Ἰκτίς.

Dolon Trojanus (4) capiti imposuit κτιδέην κυνέην. Classicus locus de hoc animali est apud Aristotelem (5): ἡ δὲ ἴκτις ἐστὶ μὲν τὸ μέγεθος

(1) Il. XIX. 21 seqq. Cf. Ant. de Haen, *Ratio Med.* T. XIIII. p. m. 184.
(2) Cf. Buttmann's *Lexilogus*, B. II. l. 73 seq.
(3) Hesiod. *Opp. et Dd.* v. 776.
(4) Il. X. 335.
(5) Arist. H. A. l. IX. c. 6.

ἠλίκον Μελιταῖον κυνίδιον τῶν μικρῶν, τὴν δὲ δάσυτητα καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὸ λευκὸν τὸ ὑποκάτω, καὶ τοῦ ἤθους τὴν κακουργίαν ὅμοιον γαλῇ· καὶ τιθασσὸν γίνεται σφόδρα: τὰ δὲ σμήνη κακουργεῖ. τῷ γὰρ μέλιτι χαίρει, ἔστι δὲ ὀρνιθόφαγον ὥς περ οἱ αἴλουροι· τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῖς ἐστι μὲν ὀστοῦν. Plures fuere qui viverram hic intellexerint (1). Alii aliam amplexi sunt opinionem. Mihi Aristotelis descriptio satis bene cum *Mustela Erminea* convenire videtur; praesertim ejus verba τὸ λευκὸν τὸ ὑποκάτω hic pondus mihi habere videntur (2).

Ἴρηξ, ἴρηξ φασσόφονος, κίρκος.

ἴρηκι ἐοικὼς
ὠκέϊ, ὅςτ' ἐφόβησε κολοιούς τε ψῆράς τε· (3)

alio loco

αὐτὸς δ' ὥςτ' ἴρηξ ὠκύπτερος ὦρτο πέτεσθαι
ὅς ῥά τ' ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης περιμήκεος ἀρθεὶς,
ὁρμήσῃ πεδίοιο διώκειν ὄρνεον ἄλλο (4),

et apud Hesiodum (5):

---

(1) Cf. Gesneri *de Quadrupedibus*, p. 862—864. et Heynius ad l. l. Homeri. Vol. VI. pag. 70.

(2) Descriptio Aristotelis convenit quoque cum *Mustela Boccamela* Celt. quae tamen usque adhuc non nisi in Sardinia inventa est. An forsitan et Graeciam habitaret? Cf. Schneider ad Aristotelem, Tom. IV. pag. 50.

(3) Il. XVI. 482, 83.

(4) Il. XIII. 62 seq.

(5) Hesiod. *Opp. et Da.* v. 07.

ὣδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον
ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς·
ἡ δ' ἔλεον, γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,
μύρετο·

ἴρηξ est nomen generale quo plures avium species comprehenduntur. Aristoteles habet (1) γένη δὲ τῶν ἱεράκων φασί τινες εἶναι οὐκ ἐλάττω τῶν δέκα: ipse eorum undecim nominat.

Illud potissime animadverti meretur quod vulgo de rupe avolent ἴρηκες apud Homerum, unde vero similior nascitur opinio ἴρηκες ad Falcones et quidem ad eum ordinem qui nobilium dicitur pertinere. Sic ἴρηξ nullo addito epitheto esse potest *Falco subbuteo* (2). Contra in ἴρηκι τῷ φασσοφόνῳ cum Scaligero et Camusio *Falconem peregrinum* agnoscerem, praesertim quum apud Aristoteles legamus ἴρηκα φασσοφόνον aliis majorem esse et quum constet quam gratae ipsi sint columbae (3). Difficilior quaestio oritur, quaenam avis Homero κίρκος dicatur. Nomen ab eo derivatum videtur quod orbes ducit volando. Sed hoc plurimae aves rapaces, neque igitur ille character ejusmodi est ut avem peculiarem nobis denotet. Camusius voluit esse Buteonem, sed Buteo minime dici poterit velocissima avium esse. Legimus porro eum potissimum minores aves insequi,

(1) Arist. H. A. l. XI. 36.
(2) Le hobereau.
(3) Camus ad Arist. H. A. IX. 36. Tom. II. p. 315.

sturnos similesque. An est *Falco Nisus* L.? Illud adhuc monendum est *κίρκον* Apollini sacrum fuisse; in nummis quaerendis, ubi animal inveniretur non felicior fui quam in prioribus conatibus (1).

Κάπρος, σῦς κάπριος, σῦς.

Plures eaeque pulcerrimae ab apro apud utrumque poëtam desumtae comparationes inveniuntur, sic Hesiodus (2 :

κάπρος χαυλιόδων φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι
ἀνδράσι θηρευτῇς, θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα
δοχμωθεὶς ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιγόωντι
λείβεται, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην
ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας ἀμφί τε δειρήν.

et apud Homerum (3):

ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς
ἀλλ' ἔμεν' ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσιν ἀλκὶ πεποιθὼς,
ὅςτε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺν ἀνδρῶν
χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν
ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
θήγει, ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας,

---

(1) Patet ex sequenti Oppiani versu inter alia testimonia antiquorum artem accipitrariam veteribus non incognitam fuisse.

αὐτοῖς ἐπὶ δρυμὰ συνέμποροος ἕσπετο κίρκος,

Opp. *de ven.* I. 64. Cf. Belin de Ballu, p. 202.

(2) In Scuto.

(3) Hom. Il. XIII. 470 seqq.

et hoc loco (1):

ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα λέων ἐβιήσατο χάρμῃ
ὤτ' ὄρεος κορυφῇσι μέγα φρονέοντε μάχεσθον,
πίδακος ἀμφ' ὀλίγης· ἐθέλουσι δὲ πιέμεν ἄμφω
πολλὰ δέ τ' ἀσθμαίνοντα λέων ἐδάμασσε βίηφιν.

Suum greges inter domestica animalia alebant (2). Animal apud Heroes magni aestimatum fuisse vel ex honore Eumaeo tributo patet, qui Ulyssis subulcus erat (3).

Κίχλη.

ὡς δ' ὅτ' ἂν κίχλαι τανυσίπτεροι ἠὲ πέλειαι
ἕρκει ἐνιπλήξωσι, τόθ' ἑστήκει ἐνὶ θάμνῳ
αὖλιν' ἐσιέμεναι, στυγερὸς δ' ὑπεδέξατο κοῖτος
ὡς αἵγ' ἑξείης κεφαλὰς ἔχον, ἀμφὶ δὲ πάσαις
δειρῇσι βρόχοι ἦσαν, ὅπως οἴκτιστα θάνοιεν (4).

Turdi et aliae hujusmodi aves *ἐν τοῖς προπόμασι* erant (5). Ex eo quod olim lex erat Athenis, quae

---

(1) Il. XVI. 823.
(2) Homerus passim.
(3) Odyss. passim.
(4) Odyss. l. XXII. v. 468 seqq.
(5) Athenaei Deipn. l. II. c. 18. Non possum quin Teleclidis versum ibi laudatum describam.

ὀπταὶ δὲ κίχλαι μετ' ἀμητίσκων εἰς τὸν φάρυγγ'
εἰσεπέτοντο.

quem legentes in puerilium nugarum memoriam redimus.

κιχλίζειν vetaret, forsitan conjiceres turdos non frequentes fuisse (1).

Hic pertinent *Turdus iliacus*, *musicus et pilaris*.

Κορώνη, κορώνη εἰνάλιος.

μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν
μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη (2).

Verbum *κρώζειν* de cornicibus saepe dicitur. Difficilior quaestio est quaenam avis Homero sit *κορώνη εἰνάλιος*;

τανύγλωσσοι τε κορῶναι
εἰνάλιαι, τῇσίντε θαλάσσια ἔργα μέμηλεν· (3)

alio loco simpliciter *κορῶναι* dicuntur

οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν
κύμασιν ἐμφορέοντο (4).

Hesychius (5) *αἰθυίας* per *ἐναλίας κορώνας* explicat. A prioribus tamen ab Arriano in Periplo (6) distinguuntur. Est forsitan *Larus cachinnans* Pall. de quo Pallasius, « adultorum vox inter vo-

(1) Schol. Arist. apud Bochartum, T. II. p. 95. qui plures locos hic pertinentes collegit.
(2) Hesiod., Opp. et Dd. v. 692.
(3) Odyss. V. 66, 67.
(4) Odyss. XII. v. 418, 419.
(5) Hesychius in v.
(6) Arriani *Peripli Ponti*, p. 22.

« landum corvina, cum sono cachinnantis hominis
« aemulo alternans" (1).

Κύκνος.

Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων
'Ασίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτέρυγεσσιν,
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών (2).

Canit Homerus. Apud Hesiodum (3) legimus:

οἱ δὲ κάτ αὐτὸν
κύκνοι ἀερσιπόται μεγάλ' ἤπυον·

Est *Cygnus musicus* Bechst. qui hiberno tempore in Europa meridionali et Asia minori frequens est (4). Revera eorum vox clangosa tubae instar dicitur; recte igitur *μεγάλ' ἤπυον* dicit poëta (5).

---

(1) In *Zoogr. Rosso-Anat.* T. II. p. 319.
(2) Il. L. II. v. 459 seqq.
(3) In Scuto.
(4) Blasius u. Keyserling, l. l. p. lxxxii.
(5) Faber, *über das Leben der hochnordischen Vögel*, Heft I. S. 145. dicit de Anate clangula et de Cycno musico: » sie haben beide dieselbe sonderbare posaunenähnliche Stimme." Copiose de eorum cantu egit Mauduit, Trad. de Pline de M. Ajasson de Grandsagne, T. VII. p. 381 seqq. p. 390. legimus de Cycno qui in Vivario Horti botanici cecinerat: » plusieurs curieux et étrangers ont été

Κύμινδις, χαλκίς.

ἔνθ' ἧστ' ὄζοισιν πεπυκασμένος εἰλατίνοισιν
ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, ἥν τ' ἐν ὄρεσσιν
χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν (1).

« Primum quod ad loquendi formulam attinet, cum ejusdem rei seu hominis aliud nomen a diis, aliud ab hominibus repetitur, probabiliter nunc constitutum est, alterum nomen videri esse antiquum, alterum recentius et usitatius (2)." De κύμινδι Aristoteles: ἔστι δὲ μέλας καὶ μέγεθος ὅσον ἱέραξ ὁ φασσοφόνος καὶ τὴν ἰδέαν μακρὸς καὶ λεπτός (3). Alio loco hanc avem raro cerni legimus (4). Aristophanes:

---

charmés de la force et de la douceur de ce chant." Hyeme anni 1837—1838 in Germania venatores complures cycnorum cantum audivisse testati sunt. Cf. Pitschaft, *Naturh. Med. Lesefrüchte und Randglossen in Hufelands Journal für die Heilkunde*, Oct. 1839. S. 71, 72. De nominum analogia sequentia habet Pitschaft: »Merkwürdig ist auch die Deutsche Benamung Schwane, Althochdeutsch der Swan (Norvegi svane) von sun, tönen, singen, also der Sänger; das Lateinische olor für odor, Gr. ὠδός" caet.

(1) Il. XIV. v. 289 seqq.
(2) Heyne, vol. IV. p. 110. vid. inprimis Koeppenius ad h. v.
(3) H. A. IX. 12.
(4) Arist. l. IX. c. 36. ed. de Camus.

χώρει δὲ πᾶς τις ὄνυχας ἠγκυλωμένος
κερχνής, τρίορχις, γύψ, κύμινδις, αἰετός (1).

Cuvierius (2) credidit hanc avem esse *Striga uralensem* Pallasii, cujus forma prorsus cum descriptione Aristotelis convenit, unde Germanis quoque « Habichteule" (3) dicitur. In Europa avis est rarissima (4) sed circa jugas Uralenses frequentior observatur. Quamvis interdiu coeca sit, tamen in arboribus saepe vaga observatur (5).

Κυνομυία.

Saepius apud Homerum nominatur. (6) Plinius: « est et volucre canibus peculiare suum malum, « aures maxime lancinans, quae defendi morsu non

---

(1) Aristoph. Aves. v. 1181, 82.

(2) Cuv. ad Plin. X. c. 10. Hist. naturelle de Pline, traduction nouvelle par M. Ajasson de Grandsagne, Par. 1830. I. V. 11. p. 374, 375. dans la Bibl. Latine Francaise, publiée sous les auspices de S. A. R. Monseigneur le Dauphin: » La taille est bien à peu-près celle de l'autour: son plumage a beaucoup de noir, sa queue longue lui donne l'apparence d'une forme grêle."

(3) Cf. Schinz, Th. I. S. 134. Nomen avis figurae maxime accommodatum.

(4) Gould, *Birds of Europa*, Part. II. » We must however regard it as one of the rarest of the European owls: it does not occur in many of the largest collections on the continent."

(5) Pallas l. l. I. p. 320.

(6) Homerus passim.

« queunt (1). Est *Hippobosca equina* L. quae « equos et canes infestat" (2).

Κυνοραιστής.

ἔνθα κύων κεῖτ' Ἄργος ἐνίπλειος κυνοραιστέων. (3).

Probe haec a praecedentibus distinguenda sunt, animalia *κυνοραισταί* enim pertinent ad Araneidea. Recte Hesychius explicat *ὁ ἐν τοῖς κυσὶ κρότων* (4). Est *Acarus Ricinus* L., animalculum quod cutim canum perforat sugendoque sese affigit, unde difficillime ab eo canes liberantur.

Κύων.

Quis non Argi canis Ulyssis descriptionis in memoriam redit quam hic repetiimus, quum plurima ad scopum nostrum conferat:

ἂν δὲ κύων κεφαλήν τε καὶ οὔατα κείμενος ἔσχεν,
Ἄργος, Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος, ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς
θρέψε μέν, οὐδ' ἀπόνητο· πάρος δ' εἰς Ἴλιον ἱρὴν
ᾤχετο· τὸν δὲ πάροιθεν ἀγίνεσκον νέοι ἄνδρες
αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας, ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς·
δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος, ἀποιχομένοιο ἄνακτος,

---

(1) Plin. H. N. l. XI. p. 40.
(2) Cf. Schneider ad Aristotelem T. III. p. 389, 390.
(3) Odyss. l. XVII. v. 291 seqq.
(4) Hesychius in voce. Cf. Schneider T. III. lib. I. p. 389, 390.

ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἥ οἱ προπάροιθε θυράων,
ἡμιόνων τε βοῶν τε, ἅλις κέχυτ᾽· ὄφρ᾽ ἂν ἄγοιεν
δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρίσσοντες·
ἔνθα κύων κεῖτ᾽ Ἄργος, ἐνίπλειος κυνοραιστέων
δὴ τότε γ᾽, ὡς ἐνόησεν Ὀδυσσέα ἐγγὺς ἐόντα,
οὐρῇ μέν ῥ᾽ ὅγ᾽ ἔσηνε, καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω·
ἆσσον δ᾽ οὐκέτ᾽ ἔπειτα δυνήσατο οἷο ἄνακτος
ἐλθέμεν· αὐτὰρ ὁ νόσφιν ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ,
ῥεῖα λαθὼν Εὔμαιον· ἄφαρ δ᾽ ἐρεείνετο μύθῳ·
Εὔμαἰ, ἦ μάλα θαῦμα, κύων ὅδε κεῖτ᾽ ἐνὶ κόπρῳ
καλὸς μὲν δέμας ἐστὶν, ἀτὰρ τόδε γ᾽ οὐ σάφα οἶδα,
εἰ δὴ καὶ ταχὺς ἔσκε θέειν ἐπὶ εἴδεϊ τῷδε,
ἦ αὔτως, οἷοί τε τραπεζῆες κύνες ἀνδρῶν
γίγνοντ᾽· ἀγλαΐης δ᾽ ἕνεκεν κομέουσιν ἄνακτες.
Τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα·
καὶ λίην ἀνδρός γε κύων ὅδε τῆλε θανόντος,
εἰ τοιός δ᾽ εἴη ἠμὲν δέμας, ἠδὲ καὶ ἔργα,
οἷόν μιν Τροίηνδε κιὼν κατέλειπεν Ὀδυσσεύς,
αἶψά κε θήησαιο, ἰδὼν ταχυτῆτα καὶ ἀλκήν·
οὐ μὲν γάρ τι φύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης
κνώδαλον, ὅττι ἴδοιτο· καὶ ἴχνεσι γὰρ περιήδη
νῦν δ᾽ ἔχεται κακότητι· ἄναξ δέ οἱ ἄλλοθι πάτρης
ὤλετο·

Duae igitur a poëta canum species numerantur. Canes nempe venatorii, qui etiam pecudum et stabulorum custodes erant et canes τραπεζῆες quos deliciarum causa nutriebant et minoris aestimabant (1). Omnia quae in Homero de iis legimus

(1) Cf. J. Terpstra, *Antiq. Homer.* p. 235, 236.

solummodo de magnis animalibus intelligi possunt eorumque magna est ferocitas (1). Nam vel PRIAMI τραπεζῆες tales erant ut miser rex ab iis metuere posset:

αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν
ὠμησταὶ ἐρύουσιν, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ
τύψας, ἠὲ βαλὼν, ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται·
οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι, τραπεζῆας πυλαωροὺς,
οἵ κ' ἐμὸν αἷμα πίνοντες, ἀλύσσοντες περὶ θυμῷ
κείσοντ' ἐν προθύροισι (2).

Eorum epitheton ἀργίποδες recte a quibusdam Grammaticis λευκοί explicatur (3).

Λαγώς, πτώξ.

De leporibus plus semel in HOMERO legimus (4) Epitheton πτώξ, quod recte a πτώσσω, πτήσσω derivant, pro λαγῷ in hoc loco:

ὥςτ' αἰετὸς, ὅν ῥά τέ φασιν
ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν,
ὅντε καὶ ὑψόθ' ἐόντα, πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτὼξ

---

(1) Cf. NITZSCH, *Erkl. Anmerk. zu Homers Odyss.*, l. v. 11, Th. I. 67. et locos HOM. ibi allatos.
(2) IL. L. XXII. v. 66 seqq.
(3) Cf. KOEPPEN, ad IL. 1. 50. I. 30. Operae pretium esset ex antiquis canis historiam zoologicam indagare.
(4) IL. X. 361. ODYSS. XVII. 304.

θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος· ἀλλά τ' ἐπ' αὐτῷ ἔσσυτο, καί τέ μιν ὦκα λαβὼν ἐξείλετο θυμὸν (1).

Λάρος.

σεύατ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς,
ὅστε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο,
ἰχθῦς ἀγρώσσων, πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ (2).

Supra quum de *αἰθυίᾳ* egimus locum Aristotelis attulimus, ubi de *λάρῳ* quoque quaedam inveniuntur. Videtur nomen generale esse, quo plures continentur aves ad genus Lari pertinentes. Praecipue hic pertinent *Larus leucophthalmus* Licht., *melanocephalus*, *Atricilla* Linn. (3).

Λύκος.

Saepe de lupis loquitur Homerus. Classicus locus de iis hic est (4):

λύκοι ὣς
ὠμοφάγοι, τοῖσίντε περὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκή,
οἵτ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν οὔρεσι δῃώσαντες
δάπτουσιν· πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν,
καί τ' ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου

---

(1) Il. XVII. 676 seqq.
(2) Odyss. V. 51 seqq.
(3) Cf. Schinz, S. 377.
(4) Il. XVI. 156 seqq.

λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ
ἄκρον, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματος· ἐν δέ τε θυμὸς
στήθεσιν ἄτρομός ἐστι, περιστένεται δέ τε γαστήρ.

Λύκοι πολιοί alio loco nominantur (1). Ingens luporum numerus in Graecia antiquissimis temporibus fuisse videtur, quod inter alios hoc loco PLUTARCHI abunde probatur: ἀρχαῖον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πολεμεῖν τοῖς λύκοις, βελτίονα νεμεῖν ἢ γεώργειν χώραν ἔχουσι (2). APOLLO quoque ab eorum destructione λύκειος et λυκοκτόνος vocabatur (3).

Μέλισσαι, κόθουρος.

Pulcerrimam apium volitantium descriptionem hic locus HOMERI praebet (4):

ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων,
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,
βοτρυδὸν (5) δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν·
αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα·

in media arbore habitant:

---

(1) HYMN. III. 223.
(2) In Solone, p. 91.
(3) Cf. P. v. LIMBURG BROUWER, *Hist. de la civilisation morale et religieuse des Grecs*, T. V. 269, 270.
(4) IL. II. 87 seqq.
(5) Cf. VIRG. GEORG. IV. 658.

οὔρεσι δὲ δρῦς
ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας (1),

quas tamen Hesiodi tempore jam σμήνεσσι κατηρεφέεσσι alebant (2), qui optime quoque fucos discernit, quos κοθούρους nominat (3). Dignus qui describatur hic locus videtur:

ὡς δ' ὅποτ' ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνηόνας ἔργων,
αἱ μέν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἠμάτιαι σπεύδουσι, τιθεῖσί τε κηρία λευκά·
οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται (4).

Μυῖα.

ἠΰτε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλὰ
αἵτε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν
ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει (5),

alio loco (6) mater μυῖαν avertit, quae infanti dor-

---

(1) Hes., Opp. et Dd. v. 215, 216. Cf. Tibulli, I. 3. v. 45. »ipsae mella habent quercus" ubi vid. Heynius.
(2) Theog. v. 593.
(3) Opp. et Dd. 278, 280, 281. de voce κοθοῦρος cf. Schneider in Lexico.
(4) Hesiodi Theog. v. 593 seqq.
(5) Hom. Il. L. II. 469.
(6) Il. XVII. 570.

mienti insidere cupit et alio (1) rursus loco μυῖα quaerit mordere hominem, nam

λαρόν τε οἱ αἷμ' ἀνθρώπου·

Cadavera et vulnera μυῖαι infestant, in quibus εὐλάς progignunt (2). E quibus abunde patet μυῖαν nomen generale esse, quo plures continentur species nempe *Musca domestica*, *mortuorum*, *vomitoria* et *Stomoxys calcitrans.* Ultimam speciem hodieque saepe ignari cum muscis confundunt.

Νυκτερίς.

Generale vespertilionum nomen. Memorantur ultimo Odysseae libro (3):

ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο,
τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κε τις ἀποπέσῃσιν
ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται.

Πελεία.

Thisbe et Messe columbis abundabant (4): cum turdis capiebantur (5). Eorum epitheton τρήρων et

(1) Il. XVII. v. 570 seqq.
(2) Il. XIX. 24.
(3) Odyss. XXIV. 6 seqq.
(4) Il. II. 502.
(5) Odyss. XXII. 482 seqq.

pro animali adhibetur (1). Diana verberibus multata a Junone fugiebat:

ὥστε πέλεια,
ἥ ῥά δ' ὑπ' ἴρηκος κοίλην εἰσέπτατο πέτρην,
χηραμόν· οὐ δ' ἄρα τῇ γε ἁλώμεναι αἴσιμον ἦεν (2).

De πελείαις Aristoteles (3): ἀπαίρουσι δὲ καὶ αἱ φάτται καὶ αἱ πελείαδες καὶ οὐ χειμάζουσι καὶ αἱ τρυγόνες αἱ δὲ περιστεραὶ καταμένουσι. Πελεία igitur est species distincta: alio loco color coeruleus ipsis tribuitur Nihil igitur obstat ut cum Schneidero, *Columbam Liviam* Briss. hic ob oculos habuisse poëtam statuamus, quae potissimum in rupibus nidificat (4).

Πουλύπους.

ὡς δ' ὅτε πουλύποδος, θαλάμης ἐξελκομένοιο,
πρὸς κοτυληδονόφιν πυκιναὶ λάϊγγες ἔχονται· (5)

alio loco cum Phocis nominantur (6). Schneiderus in Lexico vertit *Sepiam Octopoda* L. (7), cujus opinioni calculum adjicimus.

---

(1) In πολυτρήρων, Il. II. 502.
(2) Il. XXI. v. 493 seqq.
(3) H. A. V. 13.
(4) Schneider, in voce.
(5) Odyss. V. 432.
(6) Hymn. in Apoll. Del. v. 77.
(7) Schneider, in voce.

Σκώψ.

Memoratur in Calypsus speluncae descriptione (1). Ex Alexandri Myndii loco, quem citat Athenaeus (2) haud difficilis est indagatio quaenam avis hic significetur. Dixit enim: *ὁ δε σκώψ μικρότερός τέ ἐστι γλαυκὸς καὶ ἐπὶ μολυβδοφανεῖ τῷ χρώματι ὑπόλευκα στίγματα ἔχει, δύο τε ἀπὸ τῶν ὀφρύων παρ' ἑκάτερον κρόταφον ἀναφέρει πτέρα.* Est *Strix Scops* L. le petit duc.

Στρουθός

Notissimum est prodigium passeris cum pullis a dracone comesi, quod se vidisse narrabat Ulysses (3). In Numero pullorum jam Scholiastes et Grammatici *τέρας* invenere, quamvis Aristoteles diserte meminisset passeres ad octo parere (4). Revera numerus major nunc ipsis tribuitur quam vulgo observamus, sed vel ille numerus ad prodigium omnia fere confert quum sine eo ipsum prodigium constare non possit. Nunc enim numerus convenit cum annorum numero, in Trojae obsidione praeterlapsorum.

Σφήξ.

οἱ δ', ὥςτε σφῆκες μέσον αἰόλοι ἠὲ μέλισσαι
οἰκία ποιήσωνται ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ,

---

(1) Odyss. V. 66.
(2) Athen. IX. 391. Cf. Aeliani H. A. XV. 8.
(3) Il. L. II. 311 seqq.
(4) Vid. *Schol.* apud Heynium, T. IV. p. 254 seqq.

οὐ δ' ἀπολείπουσιν κοῖλον δόμον, ἀλλὰ μένοντες
ἄνδρας θηρητῆρας, ἀμύνονται περὶ τέκνων· (1)

et alio loco (2):

αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο
εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐριδμαίνωσιν ἔθοντες
αἰεὶ κερτομέοντες, ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας
νηπίαχοι· ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσιν.
τοὺς δ' εἴπερ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὁδίτης
κινήσῃ ἄεκων, οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες
πρόσσω πᾶς πέτεται καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσιν.

Egregii hi poetae loci, quos non potui quin describerem ulteriori commentario non egent, quibus iterum iterumque quam bene naturam observaverit divus HOMERUS probatur.

Τῆθος.

Ὢ πόποι ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνήρ· ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ
εἰ δή που καὶ πόντῳ ἐν ἰχθυόεντι γένοιτο,
πολλοὺς ἂν κορέσειεν ἀνὴρ ὅδε, τήθεα διφῶν,
νηὸς ἀποθρώσκων, εἰ καὶ δυσπέμφελος εἴη· (3)

τήθεα Grammatici omnes explicant ὄστρεα. Caussam idoneam hujus interpretationis non video, nisi eorum ignorantiam in omnibus fere quae ad historiam naturalem pertinent memineris. Ex ARISTO-

(1) HOM. XII. 167.
(2) IL. XVI. 259 seqq.
(3) HOM. IL. XVI. 745 seqq.

telis τηθύων descriptione patet τήθεα vel τήθυα (1) Ascidias esse ut recte recentiores historiae naturalis scrutatores ostenderunt. Pertinent Ascidiae ad Mollusca acephala et plures earum species ad edulia pertinent. Hic forsitam *Ascidiam Phuscam* appellatam intelligere debemus, quae hodie a Graecis Phusca vocatur, animal frequens in mari Smyrnam et Byzantium alluente, quod cortice rejecto cum succo limoniorum comedunt (2). Saxis adhaeret et vi maris interdum in littus ejicitur.

Φήνη.

Primus quod sciam Savigny (3) φήνην *Gypaëtum barbatum* esse statuit, quem sequitur Cuvierius (4). Nos vero in opinione persistimus αἰγυπιόν *Gypaëtum* esse *barbatum*. Φήνη nobis est aquila femina, quod jam probare conabimur. Pro nobis locus Aristotelis pugnat, ubi αἰετὸν μείζονα τῆς φήνης dicit (5). Atqui *Gypaëtus barbatus* major est quam omnes aquilae. Potissimum vero hic in censum venit fabula, quam Ar-

(1) Utroque modo scribitur.
(2) Cf. Schneider ad Arist. H. A. l. IV. c. 6. Tom. III. p. 221 seqq.
(3) Savigny in Opere cit. *Déscription de l'Egypte*, Tom. XXIII. p. 253. suiv. ed. de Pancoucke, Paris 1828.
(4) Cuv. ad Plin. l. X. c. 3.
(5) H. A. l. IX. c. 32.

TONINUS LIBERALIS tradidit (1), ubi postquam PERIPHAS in aquilam commutatus esset, addit: *τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, δεηθεῖσαν καὶ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι σύννομον τῷ Περίφαντι, ἐποίησε φήνην.* Porro *τῇ γυναικὶ δὲ τοῦ Περίφαντος ἣν ἐποίησε φήνην διδοῖ πρὸς ἅπασαν πρᾶξιν ἀνθρώποις αἰσίαν ἐπιφαίνεσθαι.* Inter aves vero *αἰσίας* haud facile *Gypaëtum barbatum* reciperes, et quum rarior sit, non *πρὸς ἅπασαν πρᾶξιν ἀνθρώποις ἐπιφαίνεσθαι* potuit.

Φώκη.

ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδες καλῆς Ἁλοσύδνης
ἀθρόαι εὕδουσιν, πολιῆς ἁλὸς ἐξαναδῦσαι
πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν (2),

alio loco nigrae vocantur (3). Est *Phoca Monachus* GM.

Χελιδών.

Incipiente vere filia PENDIONIS hirundo apud HESIODUM redire legitur (4). Duae species huc pertinent. *Hirundo rustica et urbica.*

---

(1) ANTONINI LIBERALIS, *Transformationum congeries*, ed. VERHEYK.. L. B. 1774. c. VI. p. 45.

(2) ODYSS. IV. v. 404 seqq. *νέποδες* Apion explicat *ἄποδες, ἰχθύες*, alii *νηξίποδες*: est forma peculiaris cui similem frustra quaereres. Cf. FRANKE ad Hymn. in APOLL. DEL. v. 77.

(3) Hymn. in APOLL. DEL. l. l.

(4) OPP. et DD. v. 566.

Χέλυς.

In Hymno Homerico in Mercurium legimus (1):

ἔνθα χέλυν εὑρὼν ἐκτήσατο μυρίον ὄλβον
ἥ ῥά οἱ ἀντεβόλησεν ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσιν,
βοσκομένη προπάροιθε δόμων ἐριθηλέα ποίην
σαῦλα ποσὶν βαίνουσα· Διὸς δ' ἐριούνιος υἱὸς
ἀθρήσας ἐγέλασσε καὶ αὐτικα μῦθον ἔειπεν·
Σύμβολον ἤδη μοι μέγ' ὀνήσιμον, οὐκ ὀνοτάζω
χαῖρε, φυὴν ἐρόεσσα, χοροίτυπε, δαιτὸς ἑταίρη,
ἀσπασίη προφανεῖσα· πόθεν τόδε καλὸν ἄθυρμα,
αἰόλον ὄστρακον ἐσσί, χέλυς ὄρεσι ζώουσα (2);

Animal hic descriptum est *Testudo Graeca* L.

Χήν.

Anseres cum cycnis nonnunquam citantur inter aves quas fugat aquila (3). Ad ripas Caystri magni earum greges videntur (4). Est *Anser cinereus*.

---

(1) Hymn. in Merc. v. 24 seqq.

(2) Hymn. in Merc. l. l. Ultimus versus laudatus suspectus mihi videtur praecipue ob dictionem *αἰόλον ὄστρακον* quae Grammatici recentioris glossema redolere videtur, quare equidem uncis includendum versum hunc censerem. Constat autem apud Homerum *αἰόλον* vertendum esse *mobile* et *Hymn.* in Merc. quamvis non ab ipso Homero profectus, inter antiquissima poeseos Graecorum monumenta ponendum esse omnes conveniunt. Quomodo igitur dictio *αἰόλον ὄστρακον* de testudine pigerrimo animalium usurpari potuit?

(3) Il. XV. v. 690.

(4) Il. II. vs. 460.

Ψήρ.

Fugatur ab ἴρηκι. Aristoteles habet (1): ὁ δὲ ψάρος ἐστὶ ποικίλος· μέγεθος δ' ἐστὶν ἡλίκον κόττυφος. Est igitur *Sturnus varius* Meyer.

(1) H. A. l. IX. c. 16.

NOMINA SYSTEMATICA.

Ἀηδών, Sylvia Philomela.
Αἰετός, Falco imperialis.
Αἰετὸς μορφνός, περκνός, Falco naevius L.
Αἴθυία?
Ἀκρίς, Gryllus migratorius L.
Ἀράχνη, Epeira diadema L.
Ἅρπη, Falco fusco-ater, Aegyptius Gmel.
Δελφίν, Delphinus Delphis.
Δρακών, Generale serpentium nomen.
Ἐγχελύς, Muraena Anguilla.
Ἐλέφας, Elephas indicus.
Ἐρωδιός, Ardea cinerea L.